

A. D. 1549. die Jacobi Kypseli  
Emmitus Monachi 72 gl  
Rupilius quem a Domino.  
Jacobus Sikovski 112

~~Philos.~~

175 m. 212

Porta.

~~Philos. Theol. Nat.~~

R

~~Magia. 1090.~~

<36626376460013

6460013

sbibliothek

Monasterij V. V. M.  
MAGIAE NATURALIS,

in *Vau* SIVE *Denstoyff*  
DE MIRACVLIS RERVM  
NATURALIVM

LIBRI IIII.

IO. BAPTISTA PORTA NEA-  
POLITANO AVCTORE.

*Cum Indice.*



ANTVERPIAE,

Ex officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regij.

M. D. LXXVI.

Privilegio Regis.

*Exemplar a J. Martini...*  
*Vito. aq 6 46. 12 17 18*

Bayerische  
Staatsbibliothek

MÜNCHEN

S V M M A P R I V I L E G I I .

**R**egali Privilegio concessum est Christophoro  
Plantino, vt possit imprimere, & distrahere  
Librum, qui inscribitur *Magia Naturalis*, siue, *De*  
*Miraculis rerum Naturalium Libri IIII.* Ioan. Baptista  
Porta Neapolitano Auctore. Datum Bruxellæ. xxv.  
Octob. M. D. LIX.

Subsignatum Ph. de Less.

PHILIPPO REGI SERENIS SI-  
MO ET CATHOLICO, IOAN. BA-  
PTISTA PORTA, NEAPOLITANVS  
S. D.

**E**O SEMPER ingenio fui, Inuictissi-  
me Rex, vt si quid vsquam vel ma-  
gnum, vel admirabile esset, in quo a-  
nimi vires frangerentur, & vilesce-  
rent, co me oblectarem, eique totum  
addicere vellem. Diu mecum ab ineunte pueritia  
indefesso quodam studio cogitavi, quænam esset  
scientia, neq; animo hoc meo indigna, neque non  
illustris & regia. Tandem comperi nullum esse ma-  
ius sapientis opus, quàm mirabilia opera efficere,  
quo quidem non animus solum intelligendo enu-  
tritur, sed corporis quoq; sensus omnes affectibus  
alliciuntur & recreantur. Hæc sublimis scientia in-  
serum, caussarumq; cognitidne versatur, & dū na-  
turæ arcana persequitur, & inuestigat, non vulga-  
ria solum opera, vt in plerisque apparet, sed omni  
abdicata superstitione Naturæ monstra quædam,  
& miracula parit, & ita reliquas omnes excellit (di-  
uinam tamen Philosophiam mitto) vt illi cæteræ  
artes, atque scientiæ tanquam reginæ famulari vi-  
deantur. Idcirco ergo vt longè difficilissimam, ita quo-  
que excelsam, regiamque præ ceteris statuo. Cice-  
ro enim inquit: Neminem apud Persas regno po-  
tiri solitum, qui prius Magiam non percepisset.  
Plato verò sic in Alcibiade ait: Imbuuntur Per-  
sarum Regum filij, vt ad mundanæ Reipublicæ  
A 2 exem-

4  
exemplar, & ipsi suam Rempublicam administrare, distribuereq; condiscant. Quid commemorem toto ferè orbe clarissimos, Pythagoram, Democritum, Empedoclem, atque Platonem, cuius illi sic desiderio flagrauerunt, vt ad hanc discendam, orbem nauigationibus peragrauerint, exiliis potius, quàm nauigationibus susceptis, hanc deinde reuersi prædicauerint, hanc in arcanis habuerint. Quid Reges Magos narrem ad adorandum Christu uenientes, ceterosque multos in hac arte præclaros, quorum nominibus antiquorum monumenta cõpleta sunt? In quibus quanto labore, quanti q; uigiliis uersatus sum, non quærendo, sed periclitando, non sine familiaris rei iactura, vt te aliquo digno munere aliquando uentari possem, tum ex antiquorum fontibus hauserim multa, tum ex ingenij nostrî riuulis nonnulla ipse adiecerim, profecto cogitabis. Hos igitur de naturali Magia libros (quanquam tibi non respondeant, non enim tanti sum, sat tamen erit uoluisse) uti tuis auspiciis inceptos, tibi vni REX PHILIPPE dedico, tum vt hæc nostra antiquis Regibus exulta sciëtia à tuo nomine, atque à tuo fauore splendorem, & ornamentum accipiat, tum vt ab iis, qui humiliore ingenio, tardoque sunt, meis studiis iniquiores erunt, per te fortissimum præsidium, & patrocinium consequantur. Vale.

PRAE.

PRAEFATIO AVCTORIS  
AD LECTORES.



**E**N PRAECOX opus, Lectores candidi, cui si ornamenti id addidisset, quod sanè animo constitueram, fortasse pleniori obsequio abditarum naturæ rerum, litterarumq; præaudos demereret. Hæc enim dum experiri cœperunt nonnulli ex aliorum laboribus gloriam aucupantes, cum tale sibi ascriberent munus, diuersi vndiq; scripta cudebant: & tam maleuolorum potuit liuor, vt cum auidius inuestigarentur, mutilata inordinataq; in hominum lucem citius prodirent, quam putaramus, vt studiosus quisque animaduertere poterit: sic multa de philosophorum famigerato pharmaco illo, non inuicunda, inutiliaque omittuntur, pensiq; maioris: quæ cum longum expostulassent tempus, inuia erant. Multaq; præterea acri censorum virga nimis seuerè examinata delentur, lacerantur, & tolluntur, non sine meo dolore, quæ potius admiranda, & philosopho ingenioso dignissima, quam profani erant operis: vnde cum illud non possim, quod velim, id necesse est velim, quod possum.

Mihi cum ab ineunte ætate hæc audiendi, cognoscendiq; immatum fuerit desiderium, adeò creuit, vbi ætas inuauit, vt accuratius pertinaci studio perdis, atq; pernox, si qua extarent nostrorū maiorum monumenta reuoluerim, & si verbum protulerint, denotarim: nec minus aures adhibuit

A ; mus

mus fedulas, si qui hæc percafferet, vel ea cognosci aliquo modo possent, & lecta, auditaque diuturna experiëntia explorabã, ne intentatũ aliquod remaneret, cum sæpè Ciceronis sententiã meminissim, qui sic inquit: Par est eos, qui generi humano res vtilissimas, & perpẽsas, exploratasq; memoriẽ tradere concupierint, cuncta tentare. & nũquid ea experiëntiã responderent, denotabã: animo potius vera, quã falsa reperiri: cum planè perspicerẽ non vana eos luci spe, aut inanis gloriẽ affectatione ea futurẽ posteritati scriptis mãdasse, quæ perpetuò essent duratura, sed vt vera eruerent naturẽ secreta, patefacereque haud sine minimo scribendi, inueniendiq; labore: & vbi veritati retulisse confida reperiebamus, non sanè id mihi tam erat carum, quã quòd eandem curam animos illi anxissimè, ac sollicitauissimè comperierim. At post longũ naturalium rerum periculum, crebra est animaduersione perspectum, clareque nouimus, in scribendo potius, quã explorando auidiores eos existisse, cum à veritate multa longè aliena scribant, ex aliis alio committente, ac si ardua esset eorum operatio.

Narrat Cato hederaceum vaseulum suapte natura vinum propalare, an habeat immixtã aquam; cum vinum id, quòd aquam habere putas, eodem mittas: si enim dilutum fuerit vinum, effluere, & remanere aquam, cum vinum hederacea materia non contineat: & antiquitus vasa fingi solita, quæ dilutum vinum explorarent, ad detegendas venditiatorum fraudes excogitata. Transcribunt ab

eo Plinius, & omnes ferè : neque est aliquis tam longa successione serie, qui id experiatur: nam contrarium apparet, nec scimus qua ratione aut experientia fuerint ducti. Ridet Galenus omnes protulisse, quòd tritum ocymum celerrimè scorpiones generet: Ipse enim inanibus experiens ollis, quotidie ad Solem concalescens ollas, maxima arte falsum deprehendit, & tamen leniter contusum lateribus humido loco, Soli expositum, eos procreat paruulos, qui tum in dies auferunt, nec sibi alios odore allectos accersiri. Quis credat insignes in nostralingua auctores Plinium, & Albertum sepius falli? quorum alter nobilis, rusticus alter mendax dicatur, cum ille aliorum testimonio fretus transcribat, hic suapte auctoritate mentiat, nec in dicendo sibi satis constet, nec quæ dicat de his nouerit, & paginas sæpe repleat, cuiusmodi solent vetulæ effutire? Quid ceteros commemorè auctoritate clarissimos viros, qui siqua protulerint, ea non presenti solum inspectione, res & simplicia nouerunt opus subingrediètia, sed alienis traditionibus connato, & importuno quodã adiciendi studio edocuerint, sic successiue errores propagantur, & in immensum postremo auferunt, vt ne vestigium quidem eorũ appareat, & ægrè à primis cognoscantur, atque vt non solum difficilis experimenti, sed ne sine risu quidem frequenti legi possint? Præterea multos omittimus, quos in presentia recensere opus esse non duximus, qui circa salẽ, fabam, & ænigmatum quibusdam inuolucris, paraboli, & verborum commentis, data opera ma-



ximas tenebras offuderunt, dum mira ad posteros noscenda transmittunt, & montes pollicentur aureos: quis enim sciet, vtrū talia nouerunt, vel aliud, & diuersum sæpenuerò scribant, quàm creditū ab eis sit? vnde ingenia, quæ sublimiora, & discendi cupidiora sunt, longissima temporis intercapidine detinentur, & tandem eorum animaduertentes inscitiam, quòd se illa assequi posse diffidant, seseq; operam, & oleum contriuisse intelligāt, desperatione actos, contritos serò pœnitet: alij deinde alieno periculo sapientes facti, prius hæc odisse discant, quàm nosse. Multi quoq; dum mira narant, ne verbum quidem proferunt vnum, vnde aliquid occurreret lucis, vel ingeniosi habeant, vnde inuestigent: sed vti habent (credo) ex aliis, ita exhibere, cauti, ne vno detecti verbo, suam imperitiam prodant. Quod si me tali via vsurum existimetis, multa profectò repleuissim volumina, & in infinitum exeresceret eorum numerus: quare hoc absit, sed quæ ex nostris naturalibus scientiis elegimus, quantulacumq; fuerint vobis dedimus, nec tam pro eis vtilia, quàm ansam maiora excogitandi, conficiendiq; præbeant: incomprehensarum enim rerum infinita est multitudo, & in immensum se porrigit, maiorq; est, quàm vt ab omnibus cōsiderari possit. Ipsi enim omni ambitione omiffa ambiguitateq; sine fūco, & fallaciis ea prodimus, quæ tacuerunt diu, vel scientis inuidia, vel noscentis inscitia, & quo tegebantur, dilacerauimus velum: vt quæ hactenus prodigiosæ naturæ gremio, & promptuariis testatissimorum virorum

desi-

delituerant, in lucem emergant, & quomodo explorari quæque possint: vbi non iactantiam, non verborum inuolucra audieris, non aliorum auctoritati confisus sum, nec nobis est visum honestè errare, optimos sequendo duces, sed rudius & planius, vt potuimus, sumus loquuti, simplicia circumlocutionibus, & distinctionibus nominauimus, sine quo, multum tenebrarum effundi solet: legat hæc omnes, quanquam me scio ex hoc, calumnia non cariturum, sed doctiorum aures offensurum. ait enim Plato ad Dionysium: Philosophiam videntur ridiculam facere, qui agrestibus & prophanis viris hæc tradere conantur. Sed reiiciatur hæc ambitio, profligetur hæc inuidia; generosi enim animi non sunt, & vincat posteros iuuandi voluntas: scio enim eis profutura, nec parum fructus studiis allatura. Transfert Cicero à Platone, nobis solum non esse natos, ortusque nostri partem patriam, partem parentes, partem amicos vindicare. Id tamen non inficior, obtruisse me, aliqua transposuisse, verborumque anfractu celasse, non sic tamen, vt ingeniosus quisque non detegat, & percipiat: nec abs re id me potius fecisse qenseatis, ne prophana turba, necdum Philosophiæ sacris initiata assequi ea possit, nève ad eorum manus dilata vilescat, id præcipuè in noxiis quæq; maioris fuerint ponderis. Vos autem, qui thesaurum præ manibus habetis, addite, demite, & quod facile vobis fuerit, germanum sensum eruite. & si experimenta occurrunt, aut vilia, aut nota, sine nauca prætermittantur, vobis enim non scripsimus, sed aliis,

ut quisque hauriat sibi cibum. **A C C I P I T** igitur, studiosi Lēctores, labores longos nō sine studio, vigiliis, sumtibus, & incommodis plurimis, quo elargiuntur animo, & intellectus, animique ambiguitatem omnem, atque inuidiam tollite, quæ mentis aciem præstringere solent, & veritatem impedire, rectoque iudicio res perpendite, cum ea periclitamini, quæ scripsimus: nam veritatem comperientes, meis fortasse studiis æquiores fueritis. Quāquam me non lateat inscios multos non defore, & omni seria re feriatos, qui hæc horrescant, iisq; iauideant, & hæc non solum falsa, sed ne posse quidem fieri temerè affirment, dumq; argumentis, & infinitis disputationibus verum eruere nituntur, faciunt næ intelligēdo, ut nihil intelligāt, & eorum prodatur inscitia: isti veluti prophani à Magiæ nostræ luminibus arceri debent. Qui enim naturæ miraculis fidem non adhibent, h̄ modo quodam Philosophiam conantur abolere. quod si aliqua prætermisimus, & inconcinne diximus, scio nil esse tam ornatum, quod expoliri non possit, nec tam plenum, quod incrementū recipere nequeat.

I O A N.

JOANNIS BAPTISTAE POR-  
TAE NEAPOLITANI MAGIAE NA-  
TURALIS LIBER I.

*Quid sit Magia Naturalis.*

C A P. I.

**M**AGIAM à Perside nomen, & ori-  
ginē duxisse, Porphyrius & Apuleius  
inter Platonicos astruunt non obscu-  
ri: quamquam Suidas à Magis  
traxisse putet, illosque Magos appel-  
lant, quos Latini Sapientes, Græci Philosophos  
ab vno Pythagora, Indi Gymnosophistas Græcè,  
Aegyptij Sacerdotes, Cabalisticæ Prophetas, Baby-  
lonij, necnō Assyrij Chaldæos, Celtæ Galli Druidas,  
& Bardus, qui & Semnothei appellabantur: &  
tandem Magia diuersas apud gentes diuersis scet-  
ter nominibus. Plerosque in ea fuisse viros rerum  
naturæ callentissimos reperimus, qualis fuit  
Zoroaster Oromasi filius apud Persas, Numa  
Pompilius apud Romanos, Thespion apud Gym-  
nosophistas, Hermes apud Aegyptios, Budda apud  
Babylonios, Zamolxis apud Thracas, Abbaris  
verò apud Hyperboreos. Ipsam bipartitam faciunt,  
infamem alteram, ac immundorum spirituum in-  
cantationibus concinuatā, & nephariæ curiositatis  
esse affirmatam, quam recondicionis literaturæ  
Græci *γυνήσιον* vel Theurgian vocat, cui omnes ad-  
uersantur, vt quæ præstigiā, & phantasmata porri-  
gat, quorum mox vestigium nō remaneat. Natu-  
ralem alteram quisq; veneratur, & colit, vt nri at-  
tius,

tius, nihilve bonarum litterarum candidatis pluribus  
 sibi, nec aliud esse putent, quam naturalis Phi-  
 losophiæ consummationem, summamque scien-  
 tiam. Hæc plurimæ compos potestatis, abditis sca-  
 tet mysteriis, ac delitescentium rerum contem-  
 plationem, qualitatem, proprietatem, ac totius natu-  
 ræ cognitionem elargitur, ut apex, & fastigium to-  
 tius Philosophiæ. Docetque rerum adminiculo, &  
 earum mutua, ac oportuna applicatione opera ef-  
 ficere, quæ vulgus putat miracula, omnem admi-  
 rationem, humanumque captum excedentia. Ideo  
 maximè in India & Aethiopia vigebat, ubi animã-  
 rium, herbarum, lapidum, ceterorumque ad id spe-  
 ctantium multa suppetebat facultas. Unde qui vi-  
 suri acceditis, nil aliud Magiæ Naturalis operã  
 credatis, quam naturæ operã: ars autem illius est  
 ministra, ac naturæ sedulo famulatur. Si tibi enim  
 aliquid naturali cognationi deesse noscit, per va-  
 pores, numeros, qualitates oportunis illud instaurat  
 temporibus. Ut in agricultura ipsa Natura her-  
 bas, plantulas, & segetes parit: ars autem præparat.  
 Unde rectè Plotinus Magum naturæ ministrum,  
 non artificem vocat. Quali autem fungatur offi-  
 cio, & literatura minister hic, in sequenti demon-  
 strare intendimus.

*De Magi institutione, & qualis oporteat esse Magiæ natu-  
 rales professorem.* CAP. III.

Nunc per vulgare fas est, quæ meminisse, &  
 novisse toto hoc opere Magum oporteat, ut omni-  
 quaque instructus; latentibus, & mirabiles Naturæ  
 effectus pertingere auspicietur. Iam ipsam actionem  
 & na-

& naturalis Philosophiæ absolutam portionem descripsimus. Iure quidem primum qui tanta debet maiestate polleere, exactum, & consummatum in Philosophia, rerumque Naturæ disertissimum optarem. causas enim, principia, & rerum elementa rimatur, mirificas earum dotes depromit, mutuum elementorum nexum, combinationem, unde mixtorum scaturigo, & interitus, meteorisam, maris æstus, cæcos motus terram concutientes, animalium, quadrupedum videlicet, æri uagorum, aquatilium, & omnium vita fruentium, & metallorum naturas, loca, & nomina, in quibus oportet multum versatum esse, uti legentibus liquidum fiet. nam nominum diuersitate, similitudine, & ambiguitate, diu in aliquibus operibus, vehementerque laborauimus. Neque enim id artificii inconuenientius esset quam instrumenta ignorare, quibus operatur, Medicinæ quoque haud ignarum: hæc enim huic arti multum congener, & simillima est, eamque sub hanc speciem irrepisse, & hominum mentes sic allectasse aiunt: & præsidia multa præstat: docet enim mixtiones, temperies, & compari modo, ad ea peragenda componere & applicare. Inde profluit stirpium notitia, ut herbarum diligenter inspiciantur aduenæ, indigenæque, necessaria admodum, ut hinc omne dependeat. Mathematicas nouisse disciplinas oportet: nam sidereo calore, multiuagis calorum flexibus, & habitudinibus, quas docet Astrologia, multa sunt, quæ operandi, patiendique vim protrahunt, rerumque occultæ manant proprietates, & virtutes. Magia O-

pticam continet facultatem ad oculos pertinentem, quomodo subinde oculos fallat, visiones in aquis, procul, in speculis, in orbem conglobatis, concavis, extensis, diuerseque efformatis, e quibus pars magna naturalis Magiæ dependet. Omnibus perpensis, has ipsa affectas, & adiutrices artes sibi adsciuit: quique has ignorauerit, penitus hinc secludendus est; nec Magum esse quempiam existimandum, nisi disciplinis his insigniatur. Si Magus naturæ dono artifex, & sciens valde: nam sine artificio sciens, aut ignarus artifex, si quid naturale fortè non habeat, adeo coniuncta sunt, ut frustra terat operam, nec optato potiatur. Sunt autem quidam ita Naturæ muneribus in ijs rebus habiles, & scientes, ut à Deo ficti esse videantur. Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare non possit, & quæ bona sint, fieri meliora non posse, & quæ non optima, aliquo modo acui & corrigi possent: Lynceis oculis, perpendens, quæ se sibi demonstrant, ut re inspecta sedulo opereretur, hoc dicere volui, ut si inscius fallitur, nobis vitio ne vertat, sed suam culpet incitiam. Hæc non tradentis, sed professoris imbecillitas est. Nam si hæc in manibus alicuius minus ingeniosi versabuntur: derogatur scientiæ fides, fitque ut fortuita videantur, quæ verissima, ac necessariis eveniunt causis. Sic debita activa passivis addens mira produces: & si mirabiliora quæsieris, haberique vis, eorum sufficientis causæ cognitionem tollito. Nam qui causas nominerit, nimium auctoritati derogat: illud enim mirum: cuius causa later spectantem, eatenus rari, insue-

insuetique illud retinens, quatenus causæ abditæ sunt. Quidam lucernam extinxit, ac rursus miro, vel lapidi admouens accendebat, ceu rem mirandam, & tunc illud mirum videri desit (inquit Gælenus) cum sulphure cōtactum reperere. Et Ephesius inquit: Miraculum inde soluitur, vnde videtur esse miraculum. Sit quoque diues: difficulter enim operamur, si opes non suppetunt. oportet enim ditari, vt philosophemur, non autem philosophari, vt dicemur. Sumtibus ne parcat, sed perquirendo prodigus, dumque attentius, examinatusque perquirat, patiens reuocare ne grauetur, nec laboribus parcat: otiosis enim & ignaris Naturæ secreta non panduntur. Vnde rectè Epicharmus dictitabat: Deos mortalibus omnia laboris precio vendere. Et si descriptioni nō respondet effectus, aliquid defecisse scito: non enim rudibus, & tironibus, sed ingeniosis, & artificibus breuiter perscripsimus.

*Antiquorum opinioniones circa mirabilium operationum causas.* CAP. III.

Quos sæpe intuemur Naturæ effectus, in causarū dignotione sic accendit priscorum philosophorum animos, vt in eo non parū insudarint, & hallucinati sint, ac varij varias dixerint opiniones, quas antequam ulterius progrediamur, referre censuimus. Principiō, vt ab vltimis opiniones repetā, Aegyptij omnes, quos primū liquet celorum effectus scrutari, & metiri ausos, postquam perpetuæ serenitatis obsequio, in camporum patentium æquoribus habitantes, cum e terra nihil emineret, quod contemplationi cæli officere possit,

æter.



æterna semper clara, perspicuaq; sidera deprehendentes, omnem curam in siderum cognitione influxuum posuerunt: cumq; otiosos valde perterretet causarum aucupium, cælo, & sideribus ascribere cuncta, vt inde duceret vnumquodq; fatum, cæliq; influxum in exortus hora, & interitus, stellarum reciprocationibus, effectus producebant miros. vnde certis sub horis. statis tēporibus, & ad spectibus omnia parari, colligiq; cœpère: nec vltra progressi suam tventur opinionē. Alij deinde Philosophi ab elementis omnia progredi, eaq; statuerunt principia, & causas: vti Hippasus Metapontinus, & Heraclides Ponticus ignem: Diogenes Apolloniates, & Anaximenes aërem: Thales Milesius aquam: Hesiodus terram: Hippon verò & Critias horū vapores. Alij qualitatibus ascripsere: vti Parmenides frigidò, & calido: magnaq; medicorum pars per frigidum, humidum, calidū, & siccum: quando simul conferuntur, ex eorum victoria, has mirabilium radices statuere: quæque in medium protulere experimenta, iis componi, ac causas reperiri posse credunt. Addidit Empedocles Agrigentinus elementis, vt non sufficētibus concordiam, & litem, ex vna res gigni, & corrumpi ex altera. Criticus Zenq materiæ Deum: quorū efficiendi vnum, patiendi alterum fecit principiu, Recentiorum verò philosophorū ætas, inspectare, id tueri non posse iudicauere: nam contraria sæpe qualitatibus operantur, ac vltra elementa, & qualitates, aliquid aliud esse soniectarunt. Plato enim, & Aristoteles, qui philosophiæ culmen regē-

ogere, si enim que imposuerunt, altius rimati, multaq; repererunt ex elementorum qualitatibus, vti virtutes substantialibus formis connatas: sic per se vnum, per accidens aliud, & multa quae in sequentibus apeririuntur.

*Vade rerum vires patentes, abditaeq; eueniant.*

CAP. IIII.

I A M antiquorum quisq; in parentibus, abditisque rerum virtutibus est digladiatus: nec eos redat quere opus esse censui, cum a communi omnium praecceptore, ac summo Peripateticorum principe fuerint affatim confutata. Nunc autem, vt enucleatius patescat omnia, aequum est meminisse, a quibus vires nanciscamur, non minimum in reperiendis nouis, componendisq; profuturum, vt separare, & discernere discant, ne omnem veri seriem conurbent. Cum ex eodem mixto plures fluitent effectus varij admodum & diuersi: ex vno autem peroriri principio est omnibus in confesso, cuiusmodi multa in processu leguntur exempla. iamq; vnde proficiscantur aperte dicturis paullo altius exordiendum est. Cuiuscunque Naturalis substantiae (nam substantiam voco id, quod est ex vtraque compactum) compositioni materia, formaque vti principia eueniunt: nec qualitatum functiones eueicimus, quae ex primordiis in elementis latitabant, ternumque simul replent numerum. Cum elementa ipsa in alicuius efformatione veniunt, retinet efformatum qualitates praexcellentes aliquas, e quibus quanquam cunctae in effectuum productione concurrant, a superioribus totum peruenisse

B nisse

nisse creditur, cum sibi reliquorum vires ascribāt  
 si enim æquè omnes decertarent, inconspicua es-  
 set eorum virtus. Nec materia quodammodo vi-  
 ribus est viduata: non illa princeps, simplexq; est,  
 qua de memoro, sed quæ ex elementorum vi, sub-  
 stantiisq; enata est, è duobus maxime paribilibus,  
 terra videlicet, & aqua. & quas aliquando solet A-  
 ristoteles secundarias qualitates, & corporeos effe-  
 ctus appellare: nos materiei functiones, siue vires,  
 siue alio vocabulo gaudēt, cognominemus: vitra-  
 rum, densum, asperum, læue, durū, fissile, materiei  
 gremio penitus constituta, ab elementis tamen om-  
 nia veniunt. Rectius igitur censui ne confun-  
 dantur qualitatum effectus à temperatura, materię  
 verò à consistētia effluere. At formæ tanta vis in-  
 est, vt quos omnes intuemur effectus, ab ipsa pri-  
 mum progigni nemini sit non cognitum, diuinū-  
 que habeat exordium, veluti superior, & præstan-  
 tissima: per se, sine alterius adminiculo, eis ut in-  
 strumentis vitur, vt citius & cōmodius actionem  
 expediat. quiq; animum minimè addictum, assue-  
 tumque speculationibus habet, à temperamento  
 materięq; omne effici posse putat, cum iis tanquā  
 per instrumenta fiant. Opifex enim si in aliquis  
 constructione simulacri aliquo vitur stylo, vel  
 scalpō, non vt agens vitur, sed suppeditando vt  
 nauis expediat. Tres igitur cum in vnoquoque  
 sint efficientes causæ, non ferriari, aut cessare pu-  
 tes, sed fecificantes omnes, remissius vtram, vali-  
 dius reliquam: omnium verò maxime forma ipsa  
 efficiat, reliquas corroborans; & si deficeret, irri-

tas faceret, & frustrarentur: cum non sufficiant cælestibus muneribus capiendis. Et quanquam sola exprimere eos non possit, quin reliquæ suos depromant, tamen nec confunduntur, nec diuersæ sunt, sed ita inter se colligantur, ut mutuo indigeant opere. Qui rectè id rationis indagine cernere nouerit, obscuritatis nihil habet, nec veri scientiam confundet. Unde vis ea, quæ rei dicitur proprietas, non à temperamento, sed ab ipsa euenit forma, & ut omnium præstantissima, compari quoque euenit loco: à suprema igitur vertigine proximè, huic ab intelligentiis, illis denique ab ipso Deo, sic quæ formæ eadem est, & proprietatum origo. Nam Deus, ut sentit Plato, cum primitus cælos, sidera, ipsaque rerum primordia, ortus & interitus vicissitudine marcescentia, suæ diuinitatis omnipotentia apto modulamine condidisset, deum animantium, stirpium, & inanimatorum genera, ne illæ eadem cum cælo conditione forent, cælorum elementorumque viribus accitis, per gradus assignant, inferiora supernis ancillari fatali lege sanciuunt, & formam unicuique suam sidereo lapsu viribus cumulatam immisit: & ne cõtinuarentur desisteret procreatio, singula semen proferre iussit, & formam præparatis fenerari. sic ab ipso cælo deuenientes formas diuinas, & cælestes esse necessario pronuntiabis, in qua formarum exemplar, & nobilissima consistit causa, quam Plato idem Philosophorum princeps mundi animam vocat: summus ite Aristoteles vniuersalem naturam: Auicenna autem formarum datorem. Ipse non de re uti caduca, sed ex

se eliciens, & immittens, primo intelligentiis, & fel-  
lisq; impartitur, deinde elemēta tanquam per in-  
strumenta materiam disponētia aspectibus infor-  
mat. Quis est ergo tam demēs, tam malè à Natu-  
ra informatus, vt si hæc ab elementis, cælo, intelli-  
gentiis, & denique ab ipso Deo veniat, cælestē di-  
cat, quòd naturam illam non sapiat, & diuinam  
quodammodo maiestatem non redoleat, & quum  
tanta sit cum eo affinitas, opera efficiat, quibus nil  
admirabilius, aut fingi, aut cogitari possit? Multa  
fastidiētis lectiois argumēta relinquimus, siqui-  
dem singulatim vires vberius sumus explanaturi.

*Quid Platonis annuli & Homeri catena.*

C A P. V.

HÆC igitur rerum cōbinatio, hæc series & or-  
do diuinæ deseruiens prouidentia, vt qua regūtur  
inferiora hæc omnia, ab ipso Deo primitus seriatim  
procedant, & operandi virtutem suscipiant,  
Deus enim (vt Macrobius ait) qui prima causa, &  
rerum princeps, & origo, suæ maiestatis focū dicit,  
tē mentē creauit, hæc autem animam, quæ partim  
rationem, quam diuinis rebus, vt pote cælo, & sem-  
piternis ignibus impartitur: (ideo enim diuinis di-  
cuntur animatæ mentibus) partim quoque, & sen-  
tiendi, & crescendi caducis rebus vim largitur: id  
Maro sentiens mundi animam bis mētem vocat:

*Spiritus intus alit, totamq; in, usa per a:tus*

*Mens agitat molem, & in igno se corpore misce.*

Homo igitur cum in mediis in utroque consistat, &  
a cælo nobilitate recedens, & rationis particeps,  
quæ meretur ceteris præstare animalibus, & sentie-  
di vim

divini retinet: reliqua deinde animalia, vt ab eo degenerantia, duo tantum retinet remanentia, sentire, & crescere: Arbores autem quia sensu, rationeque carent, cum crescendi tantum indigeant vñ, hoc potiri, solumque crescere, & hac parte vivere dicuntur: id deinde exprimit Poëta paullo post:

*Vnde hominum, perundumque genus, vitæque volantum,  
Et quæ marmoreo fert monstra sub aquore Pontus.*

Cum ergo ab ipso Deo mens, à mente anima proficiscatur, & ipsa omnia quæ sequuntur animet, vt conueniat cum bruto planta vegetatione, cum homine brutum sensu, hic autem reliquis intellectu, sic vt à prima causa, tanquam funiculus à cælo ad infima vsq; hæc tensus, mutua quadam colligantia, & continuitate, vt superior virtus radios spargendo, ad hæc veniet: quod si extremum vnū tangatur, tremat, & reliquum moueat, iure hunc nexum anulos, vel catenam dixerimus, & Platonis anulis & Homeri aureæ catenæ congruere videbitur, qui diuinarum omnium inuentionum fons, & origo, sub figmenti nube id sapientibus intelligi dedit.

*Εἶδ' ἄγε περὶ ἡσασθε τοὶ ἴνα εἶδεντι πᾶσι,  
Σειρὴν χρυσοῖν ἐξ ἕρπιδεν κρημάσαντες,  
Πάντες δ' ἐξ ἄπ' τοῦ θεοῦ, πασαι τε δίκαιαι,  
Ἀλλ' ἔκ' ἀν' ἐρύσαστ' ἐξ ἕρπιδεν πιδ' ἰόνδ'  
Ζῆν' ὕπατον μήσῳρ'.*

Vt primò Deus rerum opifex ipsius fecit prouidentia, vt inferiora hæc omnia necessaria quadam natura

22      M A G I A E   N A T U R A L I S  
turæ lege à superioribus regantur. Hæc noscens  
Magus, vt agricola vltimos vitibus, sic ipse cælo  
terram, vel vt apertius loquar, inferna hæc supe-  
riorum dotibus, mirificisq; virtutibus exornat, &  
inde arcana, naturæ gremio penitus latitantia, vel-  
uti minister in publicum promit: quæque assidua  
exploratione vera nouerit, vt omnes cunctorum ar-  
tificis amore flagrantes sui contentur omnipoten-  
tiam laudare, & venerari.

*De elementis, eorumq; virtutibus.*

C A P. VI.

H A C T E N U S de substantialis formæ ortu,  
rerumque serie. Nunc autem quæ occulta eue-  
niunt proprietate, dissident similitate, & amicitia  
nexu conuiniuntur, & quo modo experienda per  
similitudinem, & reliqua docere conandum: sed  
ne ordinem conturbemus, à rerum elementis ortu,  
quæ primigenia rerum semina statuit Natura, ad  
cætera paulatim deueniemus, quæ nostro opere  
cognosci & sciri necessaria videbuntur. Rerum hæc  
cunctarum semina elementa, simplicia corpora  
(nunc autem illegitima, spuria, & adulterina: nam  
aliis mixta vt magis & minus transmutantur)  
materiale principium naturalis sunt corporis, per-  
petua vicissitudine alterabilia, & vertibilia agitan-  
tur, atque intra ingentes cæli fornices ita sunt cõ-  
globata, vt totum hunc sublunare replcant mun-  
dum. Ignis enim leuissimus, purissimusq; , vt vi-  
sum effugiat, in altum se sustulit, & superiorem sibi  
adsciuit locum, quem æthera appellant. Huic prox-  
imum elementum spiritus, quem Aërem vocant,  
paulo

paulo igne ponderosior, immensa amplitudine circumfusus, per cuncta meabilis, ad suam nos redit qualitatem, nunc in nubes delatur, nunc cogitur in nebulas, & resoluitur. Succedit his aqua, inde vltimum ex defecatis elementisq; substernitur vastumq; quod terra dicitur, cunctisq; substernitur vasta, impenetrabilis, & solidissima, ut nil tangi possit solidum, quod terrae sit expers, & nil vapuallatur omnibus, immobilis, sola residens, alianaque rotata vertigine motu orbico circumferuntur: singula tamen vicina, veluti quibusdam vlnis complectuntur, & contrariis dissident qualitatibus. At natura sagax rato modulo, miraque oportuitate hanc machinam architectata est. Cum binageffent in vnoquoque qualitates, in aliquibus iugabilis societas, in aliquibus vero discrepantia, talem singulis de duobus alteram dedit, ut cui adhaereat, agnam sibi, & similem habeat qualitatem: uti aer, & ignis; alter enim calidus, & siccus, alter vero calidus, & humidus: siccum enim & humidum contraria sunt, conciliatione tamen socij caloris copulantur. Sic terra frigida, & sicca est, aqua autem frigida, & humida, quae & si per siccum & humidum sunt aduersantia, connectuntur tamen frigiditatis societate, aliter enim difficilis esset eorum concordia: sic ignis paulatim in aerem vertitur per calidum, hic in aquam per humidum, aqua in terram per frigidum, & terra igni per siccum coniungitur, & ita prouidissime gradiuntur: inde ordine praepostero de nouo transmutantur, & ex



se intricem fiunt. faciles tamen transitus, cum eorum munem nacta sunt qualitatem, vt ignis, & aer per caliditatem: quæq; autem ambabus sunt opposita qualitatibus, vt ignis, & aqua, tardius difficiliusque vertuntur. Hæc igitur tanquam fundamenta statuuntur mixtorum omnium, è quibus multæ veniunt operationes.

*De qualitatibus elementorum, & eorundem operationibus.*

C A P. VII.

QVATVOR iam præfatis corporibus, quatuor insunt qualitates elementariæ, quæ mutuò inter se comitantur, è quibus omnia, quæ ortum, & interitum agnoscunt, gignuntur, & perimuntur: scilicet caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. & primæ dicuntur, cum ab elementis elabatur primò, & ex iis secundarij emanent effectus, quarum duæ effectrices sunt, caliditas, & frigiditas: quæ plus ad agendum, quam patiendum natae sunt: patiuntur aliæ humiditas, & siccitas, nõ quòd profus oriuntur, sed quia ab aliis conseruentur, & inducantur. Secundariæ dicuntur, quasi primis inserviientes: & secundò operari dicuntur, vt emollire, maturare, resolvere, tenuiorem reddere, vti cū calidum in mixtum aliquod agens, educit impurum, & dum suæ actioni idoneum reddere tentat, vt simplicius fiat, euadit tenue, sic frigidum conseruat, constringit, & congelat, siccum inspissat, & exasperat: nam dum exedit in illius superficie humidum, quæ consumere non valet, indurat: vnde superficiei scabrities inducitur; nam vacuitate depressa, & eleuata duritie, partium fit asperitas, & prominentia euadit,

fit. Sic humidum auget, corrumpit, & plerunque per se vnum facit, per accidēs aliud: vt ex maturatione, cōstrictione, expulsionē, & iis similibus lac, vrinam, menstrū, sudorem euocat: quæ tertiæ à Medicis dicuntur qualitates, sic secundis inseruētes, vt illæ primis, & quandoque in aliquibus operantur membris, vt caput corroborare, renibus cōsulere: quas & nonnulli quartas vocant. Hinc multa eueniunt experimenta, vt passim in opere conspicitur: ad explendam tamen historiam earum ab re non fuit commouisse, ne aliquid desiderari possit, vt instructus artifex ritē noscat vires & operandi semitam.

*Abstrusa rerum proprietates varia quæ ab ipsa eueniunt*

Forma. CAP. VIII.

MULTAE sunt rerū *ιδιότυχα*, id est occultæ proprietates, vitæsq; nō ex elementorū qualitatibus, sed à forma ipsa, vt diximus, & cum ab ea eueniant, materia exigua maximū demonstrat effectum, quod materiei contrarium est: vt enim promptius agat, maiorem exposcit materiam. occultæ sunt, quia certis demonstrationibus sciri non possunt. Ideo antiqui sapientes illi terminum quendam constituendum esse decreuerūt, vltra quem rationibus progredi non possent, cum multa sint in Naturæ penetralibus occulta, plena energia, quorum causas indagare nec potest, nec capit humanæ cōiectura mentis: Naturæ enim obscuritate, & abdita maiestate latent, potiusque hæc admirari quam sciri voluit. Vnde ait Theophrastus: Qui de omnibus rationem quaerit, simul cum ratione scientiam

se inuicem fiunt. faciles tamen transitus, cum communem nacta sunt qualitatem, vt ignis, & aer per caliditatem: quæq; autem ambabus sunt opposita qualitatibus, vt ignis, & aqua, tardius difficiliusque vertuntur. Hæc igitur tanquam fundamenta statuuntur mixtorum omnium, è quibus multæ veniunt operationes.

*De qualitatibus elementorum, & eorundem operationibus.*

CAP. VII.

QUATVOR iam præfatis corporibus, quatuor insunt qualitates elementariæ, quæ mutuò inter se comitant, è quibus omnia, quæ ortum, & interitum agnoscunt, gignuntur, & perimuntur: scilicet caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. & principes dicuntur, cum ab elementis elaborantur primò, & ex iis secundarij emanent effectus, quarum duæ effectrices sunt, caliditas, & frigiditas: quæ plus ad agendum, quam patiendum nactæ sunt: patiuntur aliæ humiditas, & siccitas, nõ quòd profus oriuntur, sed quia ab alijs conseruentur, & inducantur. Secundariæ dicuntur, quasi primis inserviientes: & secundò operari dicuntur, vt emollire, maturare, resolvere, tenuiorem reddere, vt cū calidum in mixtum aliquod agens, educit impurum, & dum suæ actioni idoneum reddere tentat, vt simplicius fiat, euadit tenue, sic frigidum conseruat, constringit, & congelat, siccum inspissat, & exasperat: nam dum exedit in illius superficie humidum, quæ consumere non valet, indurat: vnde superficie scabrities inducitur; nam vacuitate depressa, & eleuata duritie, partium fit asperitas, & prominentia euasit,

ait. Sic humidum auget, corrumpit, & plerunque per se vnum facit, per accidēs aliud: vt ex maturatione, cōstrictione, expulsionē, & iis similibus lac, vrinam, menstrū, sudorem euocat: quæ tertie à Medicis dicuntur qualitates, sic secundis inseruētes, vt illæ primis, & quandoque in aliquibus operantur membris, vt caput corroborare, renibus cōsulere: quas & nonnulli quartas vocant. Hinc multa eueniunt experimenta, vt passim in opere conspicitur: ad explendam tamen historiam earum ab re non fuit commonuisse, ne aliquid desiderari possit, vt instructus artifex ritē noscat vires & operandi semitam.

*Abstrusa rerum proprietates varia quæ ab ipsa eueniunt*

*Forma. CAP. VIII.*

MULTAE sunt rerū *ιδιοσυνη* *επιτοαι*, id est occultæ proprietates, vitēsque nō ex elementorū qualitatibus, sed à forma ipsa, vt diximus, & cū ab ea eueniant, materia exigua maximū demonstrat effectum, quod materiei contrarium est: vt enim prōptius agat, maiorem exposcit materiam. occultæ sunt, quia certis demonstrationibus sciri non possunt. Ideo antiqui sapientes illi terminum quendam constituendum esse decreuerūt, vltra quem rationibus progredi non possent, cū multa sint in Naturæ penetralibus occulta, plena energia, quorum causas indagare nec potest, nec capit humanæ eiectionis mentis: Naturæ enim obscuritate, & abdita maiestate latent, potiusque hæc admirari quàm sciri voluit. Vnde ait Theophrastus: Qui de omnibus rationem quaerit, simul cum ratione scientiam

tiam tollit, & Alexander multa dicit esse, quorum nulla ratio reddi potest, modum penitus humani ingenij excedentia, Deo duntaxat cognita immortalis, qui omnium parēs rerum atq; auctor est: quæ cum elementorum naturam, & vires superent, demonstracionibus arctari minimè possunt: sic quæ à veteribus philosophis reperta potius admirari reliquere, quam rationem afferre conati sunt. Nec solum mirati animalia quæque creasse, & variis differre figuris, & magnitudinibus, sed secundum speciei quoque varietatem vnicuiq; proprietatem quandam, & peculiarem tribuisse qua ceteris moribus & operationibus distent. exempla proponemus eorum multa, quæ fortasse lectoribus voluptuosa, & non iniucunda erunt. Veluti cum ferox taurus sic arbori alligatur, miscet, domaturque; & illitis rosaceo naribus, rotata vertigine concidit, vt Zoroaster ait, qui ex delectis veterum placitis Geoponica scripsit: & tenerescit Gallus, qui ex eadem arbore pependerit. Vultures & Scarbæos rosarum odore extingui tradit Aristoteles: Si capræ barbam, quam aruncum vocant, è grege manibus apprehenderit trahens, totus subsistitur grex, pabuloq; relicto obtupent omnes, nec prius admirari desinunt quam rei gnarus ille reliquerit, vt Aristoteles ait, decepti multi de eryngio herba protulere, aruncum enim ἄρουρον Græci dicunt, & vocabuli conformitas erroris causa fuit; cum experientia non respondeat. Hyæna si hominem, canemve soporantem adspexerit, suum iuxta illud protendit corpus: sique dormientis corpus su-

pera-

perarie, delirum efficit : & ne sibi obſiſtat, manus erodit: ſi proceritate ſuperabitur, celetē arripit fugā: vti Noſtor in ſua tradit Panacea. Si quoq; ſequiēs hyana occurrit, caue ne illam à dextra excipias, ſtuporem enim inducit maximū, cui obſiſtēdi non amplius facultas dabitur, nec tibi ipſi poteris auxiliari; ſi à læua inuaſeris, ſtupore obreptam enecabis. Eius umbra canes elingues reddit, & obmteſcere facit: quod ſentiēs, inſecuta aduerſo ſideris lumine currit, & inſtantium ora canum verberat umbra. Febrigitans leo vorata ſinja liberatur. Capræ, hirciq; cultura veneno ſunt: nonnullas enim ſatas oleas, vitesq; corrumpunt, vt ſterileſcant: ſic non iniuria factum, vt Libero patri vitis repertori hircus immolaretur, & Mineruæ capra, vt capite pœnas daret. Olea virginea manu decerpta, & plantata, vberiores præbet fructus: ſi à meretrice, ſterileſcit. Serpēs vel vipera calamo percuffa torpet: ſi denuò percufferis, ſeſe recolligens auſugit. Apuleius ſic ait: Serpens cavernā ſubiens, ſi ſiniſtra manu fuerit detracta, paruo extrahitur negotio: ſi verò dextra, extrahi nequit. Vipera, ramulo fagi in eam coniecto, obſtupet. Formicæ, ne condita frumenti acerua foras pullulent, medullâ extrahunt. Struthiocamelus occultiore vi ferrum concoquit, & in alimoniam conuertit. Gallinacci circulo è farmentis collo ipſorum addito, non carunt. Sic marina ſtella tam concoquendi vi prædita eſt, vt cochleas integras, & ſtellas deuoret, & comminuat *χένις*, à Latinis Remora; & Remiligo, parvus admodum piſciculus gubernaculo adherens,

hærens, velificantes naues, & secundo vento concu-  
 tatas, robusto freno remoratur. is, ruant venti, sæ-  
 uiant procellæ, vires omnes compescit, immobiles  
 reddit, ac si anchoris, firmisq; vinculis alligaretur.  
 Torpedo tantam vim stupefaciendi habet, vt è lon-  
 ginq; capta, fuscina, hamo, sera, arundine cõtin-  
 gendo, piscatoris artus obtorpefcant, piscibusque  
 quibuslibet, quos cupit, & veloces, stupore eos affi-  
 ciens, vescitur: capiti tamen admota, dolores lenit,  
 & compescit: frequenti vsu, Platonis, Aristotelis,  
 Galeni, & Aeliani testimonio comprobatum. Ma-  
 rinus lepis spectantes omnes nauicabundos facit,  
 vt facile vomituriant, prægnantibus noxam abor-  
 tiendo defert. Pastinacæ radio ml in mari execra-  
 bilis, vt si in viridem, & vegetem arborem defig-  
 gas, statim enectet: dentes excutit, & eorum dolo-  
 res lenit. Laurus & ficus è cælo non tanguntur,  
 nec vituli marini terqus, nec hyænæ pelvis, nec al-  
 ba vitis: quare nature iis vela muniunt, ne fulmine  
 icta deflagrent, & decidant: hoc Octavius se mu-  
 niebat Augustus: lauro Tiberius Cæsar, quam pro  
 corona gestabat, ne tonitru afflarètur: non enim so-  
 lum fulminis impetum euadunt, sed aduersam ful-  
 minis ictum retonquentem naturam habent: &  
 Tarcon albis vitibus domum sepeferat. Corpus,  
 quod fulmine icitur, incorruptum permanet, vn-  
 de cadauera ipsa siderata, veteres vrere non cura-  
 bant, nec terra obruebant, cum corruptionem  
 non sentiant: sed putredine immunia durent.  
 Sic obiurgatione vates dignos existimamus: qui  
 cælestis aurigationis rectorem Phaëthontem de  
 cælo

caelo tactum in vallibus computruisse cecinerunt. Rupicis auiculæ cōspectu regius sanatur morbus. Tanta est Lysimachæ vis, vt discordantibus iumentis iugo imposita asperitatem cobibeat. Buglosson herba in vinum cōiecta, animi voluptatem auget, vt Euphrosianum dicant, Ocymum, vti Theophrastus prodidit, maledictis, & conuitiis lacessitum, dum seueris, yberius & celerius nascitur. Vnde ex eodem fonte manasse puto id, quod pro-uerbij loco apud nos iactatur, Ocymum serito: & fortasse Persius huc alluserit senariolo:

*Cum bene discernito cantauerit ocyma verua.*

Nec minus Rutā iniuriis si quis prosequitur, prodesse certissimum est: imō melius furtiua prouenit, vt veteres crediderunt. Idem euenit Apio, quanto magis pedibus proculcatur. Adamas Indicus, duris quibuslibet resistit, dum hircino sanguine proluitur, mollescit & frangitur. Rhabarbarum ex humoribus solam purgat bilem, Epithymum atram, Agaricum pituitā. Nec minus admittunt rationis habent, quæ ex medelis animalium medicorum cura sunt reperta: vt canis vomitione ex herbis quibusdam aluum purgant, & Ibis Aegyptia curat. Capræ in Creta venenatis infixæ sagittis: & faucibus herbam querunt, quam Dictamū vocant, eamq; gustantes, sagittas e corpore eiciunt. Marinæ gues, ex ulceratis rostris, cunila medentur. Testudo serpente depasta infirmata, eius venenū origani esu aufert: & cōtra eu dimicatura hoc se munus. Cum mandragoræ mala vrsi gustauerūt, eunt obuiam, ne malum in perniciem conualescat, & morian-



moriantur, formicas comedendo. Et Cereus ubi  
 venenata aduertit pabula, sibi cintra medetur her-  
 ba. Elephas Chamæleonte iam depasto, qui fron-  
 dibus cōcolor immoratur, suo veneno occurrat, o-  
 leastrum desumens. Pantheræ veneno deuorato  
 carnibus insperfo à venatoribus, ne extinguantur,  
 humanum stercus inueniunt, quo sibi medentur.  
 Palumbes, graculi, & merulæ lauri folio. Columbi  
 & gallinacei helxine pasti, annum fastidium de-  
 ducunt. Chelidonium visui saluberrimam hirtu-  
 dines monstrauerunt, vexatis pullos oculis ista  
 medentes. Sic putrescente terra animalia quædam  
 in alienigenam deficiunt naturam. Eruca ascitis  
 alis in papilionem desciscit. Erucæ in fico enatæ, in  
 cantharides mutantur. Hydrus iam lacubus, vel  
 stagnantibus aquis exhaustis, in serpentem dege-  
 nerat. Alia in temporibus eueniunt: ut accipiter,  
 vrpupa, erythiacus, & phænicurus in æstate mutan-  
 tur sæpe. Ficedula, & atricapilla, quæ Græcis Me-  
 lancoryphos mutuo commeant, ut quæ fuerit fi-  
 cedula autumnò, vindemiatarum calce in atricapil-  
 lam vertatur. Sic triticum in lolium, & ex lolio rur-  
 sus in triticum, & ex semine irauenam mutatur.  
 Ocymi semen si frequenter seratur, Martialis af-  
 firmat, modo in serpillum, modo in sisymbrium  
 mutari. Galeni quoque patris testimonio, cum tri-  
 ticum & hordeum diligenter selecta, quo certo co-  
 gnosceret, seminaret: in tritico lolium, in hordeo  
 parum inuenit, & multa quoque refert: hæc tamen  
 sufficiat enarrasse.

De

L. I. B. I. C. I.

37

De Sympathia, & Antipathia, & ut, per eas rerum virtutes  
experiri, & reperiri possint. G. A. P. IX.

Ex proprietatibus quoque occultis animantibus, vegetabilibus, & speciebus omnibus inest (ut ita dicam) cōpassio quaedam, quam Græci *συμπάθεια* & *αντιπάθεια*, nos tritius consensum, dissensumque dicimus: quædam enim mutuo connubio sibi associantur, & tanquam fœdere deninciuntur, aliqua verò sibiipsis infesta, & simultate dissentiunt, cæcisque laborât discordiis: vel horrible aliquod, & destructivum habent, quod rationibus vllis & probabilibus nec queri, nec arctari possunt: nec prudentis erit huiusmodi causarum aucupio probare, nisi quod spectaculo eò fuerit Natura ipsa delectata, nec aliquid placuit esse sine pari, & nihil esse in Naturæ occultis, quod arcana quadam proprietate non vigeat, & peculiari: quorū admiratio-  
ne ductus Empedocles, omnia per litem, & concordiam fieri, & dissipari affirmavit, ac illa rerum omnium semina esse, & reperiri in elementis, per qualitates sibi inuicem dissidentes & consentientes, quas diximus: ac deniq; in ipso cælo, uti Iupiter & Venus Planetas omnes diligunt præter Martem & Saturnum; Venus amica est Marti, cui Planetæ cæteri aduersantur. Est & alia amicitia, inimicitiaque, per oppositiones domorum, & exaltationes. Flagrant enim odio signa, & amicitia nexu conuinciuntur, ut canit Manilius:

*Quis etiam propriis inter se legibus astra  
Conueniunt, & certa gerunt commercia rerum,  
Inq; vicem præstant visus atque auribus hærent,*

Ans

*Aut odinum, sædusve perunt, conuersatq; quadam  
In semet proprio ducuntur plena furore, &c.*

Et latius patent in Astrologoru libris, sed magis  
in animantibus perspicuæ. Vti homines, & ser-  
pentes adeo irreconciliabili dissident similitate, vt  
statim viso serpente, homo expauescat, & foemina  
vterum gerenti occurrens, partum abortu vitiet.  
Nec minus ieiuni hominis saluta scorpiones inter-  
imit. Crocodilus Niliaeus, & Panthera sæua ho-  
mini sunt: hic illum deuorat, sed ab hyena maxi-  
mè terretur. Ichneumon crocodilo exitialis: illi  
enim est hostis à Natura datus: apricanti enim in-  
sidiatur: nam hic rictu immenso dum os gerit pa-  
tulum, in illius perniciem inhians, in oris hiatum  
ille intrat & per latum guttur in aluüm delabitur,  
& ex his visceribus, è mortui ventre progreditur  
dissidet tamen cum phalange, & cum aspide bol-  
ligerans, sæpe interit. Homini sic lupi visus est  
noxius, vt quem priorem contemplatus fuerit, vo-  
cem adimat, & anticipatus obtutu nocentis, licet  
clamare desideret, vocis tamen ministerio careat:  
si se præuisum senserit, cõticescit, & ferocitate tor-  
pescente, grauem virium iacturam facit. vnde na-  
tum prouerbum: *Lupus est in fabula*, à Platone in Po-  
litiis traditum. Et lupus, si equum mordicus lase-  
rit, equus eximia pernicitate cursus pollebit, & si  
soporum vestigia cõculcet casu, obstupescit, & cru-  
ra torpore hebescunt, vt Pamphilus ait: Habet &  
cum oue interiecinum bellum, & sic eum formi-  
dat, vt occisæ ouis à lupo pelles; & vellera neta; si  
ex his vestes conficiantur, longè, quàm cetera, sint ad

ad procreandos pediculos aptæ : & carnes, quæ lupinos sensere morsus, tenerescunt, & suauiores fiunt. Cauda, caputque lupi, si in præsepe pedulum fuerit, mærore oues afficiet, vt relicto pascendi studio, præsidium implorent. Lupo canis inimicus, homini amicus, & equus, cui gryphes, & vrsi aduersantur. Araneus cum bufone, & serpentibus dissidet, vt conspecto hoste, filo se libret, & aculeum fronti infigat, & mortem deferat. Leo ferarum generosissimus, animalibus cunctis tremendus, expauescit, eumque terret galli gallinacei cantus, albi præcipue, & crista. Simius testudinem horret, statimque visa fugit, & vociferat. Elephas animalium terrestrium maximus, magnitudine stupeda, subrumi suis grunnitum maximè perhorrescit; vt Zo-roaster in Geoponicis ait. Est & cum dracone continua dimicatio. Gallinaceus pullus ipsum non curat, & tantam eius molem in ludicra vertit, milui tamen umbram timet, eumque expulit. Elephas quoque, nec minus arietem timet, dum enim feritate effertur, ariete viso mansuescit, ac concessit imperus : quibus Romani machinamentis Pyrrhi Epirotarum Regis elephantos in fugam verterunt, amplaque victoria sunt potiti. Salo alinum odit, & cum eo prelium est illi : nam fruticetis, vel vepribus scabendi causa sese atterens, vt quas adhuc tenellas frondes deuoret, nidos dissipat, vt oua deiiciat, & pulli è nido decidant metu : at ipsa rostro vlcera fodiens & lancinans, narium mollia pungit. Accipiter columbino generi hostis infestus, hoc tuetur tinnunculus, cuius conspectum, vocemque formidat

dat accipiter, nec eas hoc latet, quòd vbicunq; residet tinnunculus protectoris fiducia è loco non fa-  
cessunt. Cornix & noctua perpetuum gerunt bel-  
lum, inuicem foetibus insidiâtes, oua q; absumunt,  
& exedunt; noctu hæc, interdiu altera, tunc cum sit  
luce potentior. Cum noctua auiculę omnes, dum  
circumuolant, & percutiunt. Cornici inimicus est  
mustela. Miluus coruo inimicus, qui volatu præ-  
stantior, & vnguibus validior, prædam eripit. hic  
quoque vulpi. sic anas gauiæ, harpa araneæ, & stel-  
lioni, pipo ardeolæ, æsalo, & coruus vakturi, florus  
equo, coluta asino: dormiens enim in præsepio, na-  
rem subiēs asini, impedit esum. ardeola cum aquila,  
alauda cum vulpe, aquila cum dracone, trochilo  
& oloribus, & cum ea cybidus nocturnus accipiter  
belligeratur, inuicem se confodiunt, vt simul emo-  
riantur. Et aquatilia odio flagrant, vt mugil, & lu-  
pus, vt sæpè mugili à lupo cauda abscindatur: sic  
conger & mutæna caudas sibi mutuò prærodunt.  
Locustæ polypos horrent, vt brachiis vinciantur,  
& emoriantur. Est & vermiculus in mari cæstrum  
nūcupatus, scorpionis similis, aranei magnitudine,  
thynnus, & xiphie sub pinna affigit sese aculeo, vt  
interdum in nauigia insiliant dolore nimio. Ser-  
pit & hæc similtas inter plantas: vt quercus &  
olea, & tam pertinaciter odio dissident, vt si quer-  
cus in oliueto nata fuerit, fugiat, introrsum com-  
meet, & exarescat: vel olea in querceto radices ma-  
ximè noxias relinquit, vt eas enecet. si eandē iuxta  
juglandem nucem seueris, harum alteram necesse  
est aut emori, aut infirmam semper esse. Et nucis  
vmbra

umbra satis omnibus inimica, & quæcunque at-  
 gerit, veneno inuadit illico, nocet & stillicidij ra-  
 tione, cum humor è frondibus diffunditur. Perni-  
 cialia sunt brassicæ & vitis odia, ac spectanda earû  
 dimicatio: vitis enim cum intortis clauiculis o-  
 mnia complecti soleat, solam retugit brassicam:  
 nam propè sentiens, in aduersam partem se tor-  
 quet, vt si quis eam admoneret hostem esse in  
 propinquo, dumq; coquitur brassica, vinum vel si  
 paucissimum instillet, nec coquitur, nec ipsius co-  
 lor constat. Ipsumque olus, quo vitis fugatur ad-  
 uersum cyclamino & origano perarescit, vt vnûm  
 vireat, alterum pereat necesse est: iuxtaque conso-  
 ciatæ sæpè aridæ spectantur. Sic quoque vitis lau-  
 rum odit, quia odore deteriorem facit. Nam eam  
 olfacere, & allicere dicunt, quamobrem cum ger-  
 men eò accesserit, retrograditur, inimicum fugiēs  
 odorem. Mira quoque arundinis & filicis discor-  
 dia, & peruicacia, vt altera alteram necet: nam fili-  
 cis radix contusa è cannis spicula, corpori infixæ,  
 deiicit: & si quis arundinem penitus non nasci vo-  
 let, filicæ vomeri imposito exaretur locus, sic filices  
 arundine sectas minimè renasci cognoscet. Cucu-  
 meres oleum mirè oderunt, vt contra ipsum refu-  
 giant, & si pendent, velut hamus plicentur: quod  
 vna nocteprehenditur: nec id satis omnibus  
 gratû; emoritur enim stirps, quæ fuerit eo peructa,  
 vnde oleosæ arbores ceterarum insitiones & con-  
 sortium respuunt, pinguem resinam, & picem col-  
 lacrymantes, vel quippiam oleaginum plorantes.  
 Vnde quercus pyra afferre, platanus poma, puni-

ca mala myrtus dicuntur. In picea verò, & pinis  
 insitus termes non comprehendit. Orobanche er-  
 uum necat amplexu, & fenum Græcum radici ad-  
 nascens, & fabas maxime iuxta nascens inanescit,  
 & necantur, & iuxta eas maxime nasci amat. Lapa  
 lenti aduersatur : Aegylops, & æra, tritico, &  
 hordeo. Cicer herbas omnes enecat, & seipsum, &  
 tribulum celetrimè. Cytisus vicina omnia stran-  
 gulat, eo valentior auro est, nam Cytisum ipsum  
 interimit. Serpentes fraxini vmbra fugiunt, quã-  
 quam in longum porrectum, vt si locum in agro  
 circundes igne, serpentes citius in flammã, quã  
 ad arboris vmbra cõfugiant. Rododaphne foliis  
 & floribus iumētis omnibus perniciosa est, homi-  
 ni verò contra serpentes præsidium. Veratrum &  
 cicuta homini pestifera : illo coturnices, hac stur-  
 nos vesci cõstat: quod elegãter expressit Lucretius:

*Quippe videre licet pinguescere saepe cicuta  
 Barbigeras pecudes, hominumq; est acre venenum.*

Et alibi:

*Præterea nobis veratrum est acre venenum,*

*At capris adipem, & coturnicibus auget.*

Ferulæ asinis gratissimo sunt pabulo, ceteris verò  
 iumētis præsentaneo veneno, vnde id animal Li-  
 bero patri immolatur, cui & ferula. Merum cicutæ  
 venenum, platano radicibus infuso gaudiũ. Scor-  
 pio si repit per aconitum, stupet, & torpescit. Est  
 quoque herba nomine Cerastis, cuius si quis semẽ  
 manibus, digitisve tractauerit, impunè scorpionum  
 cõteret. Feles cohortales gallinas & aues non in-  
 vadunt, quarum sub aliis agrestis rutæ surculus ad-  
 hæreat.

hæreat. Mustela cum serpente dimicatura; hoc se cibo prius munit, & toricat. Lequilieis frondes calcans, vel supergressus obstupet. Lupus scyllæ bulbos euentu contingens, resolutus fatiscit, ideò vulpes latebris suis scyllas opponunt. Platani folia vespertiliones abigunt, ideò contra eos ciconię ad nidos afferunt. Apium silfas & blactas, hirundinẽs contra eas nidis inspargendo semuniunt; hæc reliqua pellendò noxia animalia, palumbes apponunt laurum; accipitres siluestrem lactucam, quam inde hieraciam vocat, harpæ aues hederam, corui aron, & pupæ adiantum, cornices supinam verbenacam, turdus myrtum, perdix arūdinem, ardeola careon, aquila callitrichum, galerita gramen. Vnde Græcum adagium :

*Εν κορυφῆ καὶ τῆσδε καδύτῃ: καὶ κρητῆσδε ἀγρῶσδε.*

*Graminis intorti iustro Galerita recumbit.*

Et cygni parituri viticem quoq; in nidos afferunt. Si hæc mutua contagione infesta narrauimus, quid mirabilius, si multa, & amico consortio, & naturali affectu benevolentia deuincta conspiciamus? miro Naturæ arcano, nec nisi aliis fæderis nexu coalescunt. Si serpens homini inimicus, læta homini amica, cuius conspectu lætatur, contempletur, vt saliuam elambat, quid homini amicus quàm canis? & inter aquatila delphinus? vt *Φιλῶν ὁ παρὸς* dicatur: & venereos quoque & amatos constat: vt Appion scriptum reliquit, & aliquot sæculis antè apud Naupactum (vti Theophrastus tradit) amatores flagrantissimos fuisse, & pueros liberali forma in nauiculis fortè conspē-



stos, aut in vadis littorum miris, & humanis modis exarsisse. Vulpes cum serpente amicè degit. Amant pavones columbas, merulae turdos, turtures, & psittaci simul.

Vnde Ovidius:

*Et niger à viridi turtur amatur ave.*

Cornices ardeolas, & inuicem sibi auxiliantur contra vulpium genus communibus inimiciis. Sic galgulus & lectus, iunco & alauda. Sic harpæ & miluus contra triorchem cōmunem hostem. Nec minus inter pisces, qui gregatim degunt. Estq; inter balenam & pisciculum quendam magnitudine & gobij forma tantus amor, vt lubens antegrediatnr, viamq; dirigat, ipsa sequatur, & in eo salutis, vitæque spem habeat, & quiescente quiescat, & progrediente progrediatnr: nec appareat, cur velit ei inferuire. Sic inter plantas amant vites vlmū, & populum, quòd nimis propemodum in eis luxurient, vt ipsis nuptæ maritæque per earum ramos scandentes, adeo capreolis & sequacibus loris amplexentur, vt auelli, diuelliq; nequeant, & lætissimæ multum afferant fructum, quod in aliis non sic euenit. Palmæ vehementiori se prosequuntur amore, vt altera alteram desideret, & adeo cupidinis tabe depereunt, & libidinis titillantur pruritu, vt pronæ comas simul inclinent, vel compliceantur, si propius hærent: at funis nexu religatæ, tanquam mutuo per eam contactu complexentur, & Veneris munere fungantur, vt caput vmbacula hilariter erigant. huic vesaniæ hoc afferunt agricolæ remedium, & insanus amor discutitur, & fru-

ctuo-

etuofam reddunt. Narrat & ardentius amoris de-  
 siderium Leontius, veterum verbis fortasse físus:  
 quod sic confociari cupit, sic Veneris est animus,  
 vt nec desiderio stimolata cupiditate prius quie-  
 feat, quàm ipsam adamatus mas confoletur, siqui-  
 dem pronam conspiciere cuique licet, suis incum-  
 bere comis, impatientemque suum grauari stabi-  
 limentum, & quasi viduam infructuosam degere:  
 & nisi subuentum sit, emori; quæ res non latet agri-  
 colam, quòd amoribus afflicteretur: nec ille remedij  
 inops, vt in quem maritandi cupidine deflagret,  
 penitus cognoscat, cum plures confociatæ ambiât,  
 eas contingens denuò afflicti amanti affert: cum  
 autem manus tanquam osculo, affricare senserit,  
 vt desiderio satiato denunciât, blandioribus co-  
 mis demulcens, nutat: vnde maris flores trun-  
 co erutos, amasiæ capiti circumponit, sic aman-  
 tis munere iam onusta, dat sobolem, & hoc amo-  
 nis pignore exhilarata, foecundabitur. Nec fructus  
 in foemina palma perdurare potest, nisi florê ma-  
 ris cum puluere super eam coneußerit. Amor est  
 quoque magnus inter oleam, & myrtum: & vt re-  
 fert Androcus myrti brachia, virgultaq; per oleam  
 prorepunt, & commiscentur, & radices mutuò  
 cõplicantur, nec alia præter ipsam iuxta eam feri-  
 tur, sic & fico, cæteris inimica. Nec minus myrtus  
 cum punico mutua consuetudine supra modum  
 oblectatur, quòd si confortio fruuntur, fertiliores  
 euadunt, & quanquam radices aliquò distent in-  
 teruallo, complexu tamen exhilarantur, sed coniu-  
 gio lætantur magis, vt insita myrto punica maiora

largiatur poma, Didymus. Et magna est cum arundine asparagi confociatio, vnde corruda optimè in arundinetis feritur, & lætior profiliet. Sola amygdala minus ferax, associata verò, celerius dat fructum. Multæ quoq; arbores sterilefcunt, si in propinquo palum, vel mascula non adfuerit, vt inito quodam fœdere pariant. Oleæ sterilitatem tollit oleastri talea. Vnde carmen :

*Fecundat sterilis pingues oleaster oliuas :*

*Et quæ non nouit, munera ferre docet.*

Inter allia, rosas, & lilia arcanum est commercium, vt propius nascentia simul gratificentur, & lilij, rosæque flores suauiores oleant. Lætiora omnia prouenient, cui scylla fuerit adsita, & olera omnia in vniuersum iuuantur, si iuxta ea eruca confertur. ex Frontonis dictis. Cucumeres aquas diligunt vt oleum oderant, vt eis imminentes, vel modicè distantes, adrepant. Ruta nusquam lætior profiliet, quàm sub ficus umbra, vel si eius corticibus inseratur. Carrus radicis odore phũ impense delectatur, quòd illius oculi corroborentur: Vnde nomen gattaria inditum, vt maximè perfodiant, & caput læpius reuoluent. sic & nepta. atq; hæc sufficient, longiori enim oratione aures detinuimus.

*Quod particulari indiuiduo maximè insint è cælo dotes.*

C A P. X.

H A V D Q V A Q V A M dotibus indiuidua carènt luculentis, & mirificis : sed magnam in operationibus retinent potestatem, & maiorem quàm ab ipsa habeant specie, cœlesti stellarum situ, occultaq; proprietate. Inquit Albertus : Omne indiuiduum,

duum, quod sub stato nascitur horoscopo, cælestique influentia, congruam haurit proprietatem, & mirabilem operandi, patiendive energiã, non specificam; sed propriam & peculiarem. Vnde varij individuis ascribuntur effectus, & inclinationes, vario ab influ, cælestiq; habitudine, quæ omnia nouisse Magum oportet, vt multis ostēsis operãdi viis, eligat commodiorem, suoq; inseruiat vsui, si inops aliquando eorum fuerit. Nostrum enim tunc absoluius pensum, cum indagandi componendiq; methodum tradidimus, ne quid nostris in historiis desiderari possit. Sed redeat, vnde oratio fluxit. Refert quoq; Albertus, gemellos extitisse, alteri quorum latus erat, tactu cuius claustra & portæ paterent omnes, alter è diuerso rependens claudebat, quæ aperiebantur. Alij cati, muris aliorumq; animalium sic perhorrescunt aspectum, vt non possint non ægrè ferre, & in animi deliquium cadere. Sic aliquibus strumas sanandi, & diuersa curandi vlcera est impressa cælitus potestas, & quod chirurgum fatigauit multum, pharmaco curari non valuit, nec vlla profuit medicina, solo saluæ tactu sanatur. Nec minus considerari debent, quæ non generi toto, sed quæ solis conueniunt individuis, & insunt. vti meretricibus audacia, gaëneonibus petulantia, furibus timiditas, & huiusmodi passiones multæ, quæ passim litterarum monumentis memoriæ produntur.

*De rerum viribus, quæ animalibus in vita tantum insunt.*

C A P. XI.

P E R P E N D E R E ac intueri par est functiones

C 5

nes

nes præinsignes aliquas, imò maiorem eorū partem, quæ in vita tantum operantur, post autem interitum hebetantur, & euanescent, & raro aliquibus inferniunt. Luporum oculi vocem, catoblepa verò & basilicus confestim adimunt vitam, moratur echeneis nauigiorum impetus, strutiochamelus ferrum concoquit, non iam emortui id operatur, quòd nil penitus liquidò agūt: emoritur enim & deperit virtus illa, vita iam euanescente, immò si partes ex eis eligendæ sint, è viuis sunt petendæ. Ideò in Naturalis Magiæ præceptis non temerè sancitum puto, si quæ ex animalibus consequi possunt, iis iam viuis demere, fueritque præstantius, si id fieri potest, in vita supersint; animati enim iam expirante debilitatur, ac elanguescit virtus illa. Anima enim (inquit Albertus) his confert multum, quæ in animalibus gignuntur: interitus enim, aut corruptio peruertit ea, & præcipuè si naturalis, cum corruptis humoribus emoriuntur: viua longè secus operari sunt solita, viresque luculentiores habent. Obseruatur id multum Medicorū astipulatu, cæterorumque qui huiusmodi studio nauant operam. Si extrahentur posthac è tranis linguæ, è pastinacis radij, lapides ex animalium capitibus, aut oculi, vt aliquid opportunè operentur, non enim è mortuis illis, sed adhuc vita fruuentibus, viuaq; in aquam proiiciantur, & viuant, vt nō insita eius virtus deperat, & flaccescat, sed virtutis exuperantia, ad agendum promptiora euadāt, nec aliter in omnibus id imitemini: quod verbis parcentes, breuiter enarraturi sumus.

Quod

*Quod post mortem vires aliqua corporibus quoque inhaerent.* CAP. XII.

Nec minus in rebus vita carentibus perspicere licet: remanent enim proprietates aliquæ sic consociatæ, vt operari non desinant, imò & valentius multo. Lupi sic ouibus sunt exitia, vt odium post interitum seruent: nam si lupina pelle tympanum accommodabis, inter cætera ex ouibus pulsatum audies, silentibus sonoris omnibus, & obmutescere ea faciet: ex vrsi vel lupi corio confectum, & pulsatum longè equos abigit & fugat. Et si ex omnibus eorum intestinis chordæ in lyris tendantur, obstrepent, nec temperamentum vnquam efficient. Dissidet hyæna cum panthera: vnde qui hyænae corio se loricat iam mortuæ, fugiunt quæque, nec congregari quidem sustinent. & si eorum pelles è regione aduersantes suspendes, pantherarum pelles pili defluunt. Leonis pelles cæterorum animalium pelles absumit, & erodit: lupinæ verò quoq; agnorum, & reliquorum alituum pennæ aquilinis permixtæ, in tabem resoluuntur, & per se decidunt. Aduersantur sibi florus & ægithus, & tam est eorum pertinax odium, vt mortuorum sanguis simul cõmisceri non posse dicatur. Amant sic columbæ tinnunculū, vt referat Columella, si quis tinnuculi pullos in fictilibus ollis defoderit, & stipatiâ opercula superposuerit, & gypso oblinita vasa, in colubarij quatuor angulis suspendantur: aibus amorem loci cõciliare, quæ desiderio captæ nunquam mutant sedem, sic post mortem amicum amant. Nec herbæ, simpliciaque cætera operari desinunt.

nunt, quia iam detruncata, aut sicca depereant, sed iam validæ eis quoq; vires prævalent. Tu autem considera, & æqua mente librato, ne te in operando decipiant: qui mirabilia operari affectas.

*De mutua rerum communicantia, & quòd aliqua tota substantia, & partibus operentur.* CAP. XIII.

INIS VNT præterea naturalibus rebus aliquæ communicationes, quæ mutuò agunt operanturque: quarum exempla in reliquis observato, & iis vitor. Impudentissimæ meretrici, non audacia solum, sed virtus etiam inest, vt quæ tetigerit, vel secum habuerit, vim habeant audaciam inducendi, & impudentem reddendi: vnde qui illius sæpius se contemplatus erit speculo, vel induerit exuias, ei redditur & in impudentia, & in libidine similis. Nec solum ferrum à magnete còtactum trahitur, sed cetera allicit ferrea, ac vti dicemus, anulus vnus quem rapiet magnes, multos attrahit, vt tanquam catena pendere videatur, & mutuò illius transferatur virtus. Sic lugubres panni, vel quibus in funeribus fuerint vsi, & lugubrem, & moribundum reddunt hominem. Idémque in cæteris observare licet. Animaduersione quoque dignum puto, rerum virtutes aliquibus substantia tota, aliquibus verò & partibus immorari. Retinet, vt diximus, eche-neis nauem, non iam partibus præcipuè suis, sed tota sui substantia, exemplaque plurima passim leguntur. Multa secundum partes operantur aliquas, oculis scilicet regulus, catoblepa, & lupus. Fugiunt vespertilionis alas formicæ, non tamen cor, vel caput: fugiuntque vpupæ cor, non tamen caput, vel alas:

alas : id in reliquis animaduertes. Nunc quomodo per rerum similitudinem operari oportet, clare doceamus.

*De rerum similitudine, & qui per eam virtutes operati, investigari, debeant.* CAP. XIII.

QVAE EX totius substantiæ proprietate iam euenire diximus, si conferantur, aut affinitate genuina deiuncti, aut dissidio præliari vidimus. Nunc autem, quæ similitudine quadam operatur, dicemus. nec est principium magis in dicendis profuturum, nec radix, vnde secretorum & mirabilium operationes expullulent magis. Perinde maximam, & talem adhibeas diligentiam, qualem accuratissimè veteres adhibuisse in eorum scriptis reperimus: vt hinc pars maior eorum secretorum cõstet. Vnde vt in compositione & noscere, & assimilare discas. Vniuersas rerum species, & qualitates ad se aliqua secundum totum eorum posse inclinare, trahere, & allicere, & ad suum conuertere simile videmus, & si ex actione præcellentes fuerint, id facilius eueniet : vt ignis ad ignem mouet, ad aquam aqua. Et asseuerat Auicenna, quod si quid diu in sale steterit, salilaginem totum resipiet, & si quid in foetido, foetidum. & si cum audace & timido, audax & timidus fiet. cum hominibus si quod animal conuersari solitum, humanum, & cicur euadit. Huiusmodi multa astruunt Medicorum dogmata: vt corporum partes aliquæ similibus gaudent; vt cerebrum cerebro, dentes dentibus, pulmo pulmone, iecur iecore. Hominis vel gallinæ cerebrum memoriæ & ingenio confert, eiusdemq; calua re-

ccus



cens epulis immixta iuuat epilepsiam. Mustelæ  
 oculus dexter in anulo positus, liberat à fascina-  
 tione quæ per oculos fit, vt dicemus. Et qui lupi,  
 vel hominis oculum secum detulerit, ægrè non vi-  
 debitur. Si eorum linguas, minus inuidorum no-  
 cent linguæ, vel verba. Gallinæ ventriculum ante  
 cœnam si comederis, et si ægerrimè concoques, ve-  
 triculum tamen confirmat. Cor simiæ cordis pro-  
 hibet pulsum, & audaciam, quæ in corde residet,  
 adauget. Lupi virga assa, & incisa, si editur, Vene-  
 rem excitat, si languescunt vires. Leporis uterus  
 ad fœcunditatem valet. Si vulturis corium dextri  
 calcanei dextro podagræ pedi imponas, vel læuū  
 læuo, articulorum lenit dolores. & tandem mem-  
 brū quodlibet membro simili prodest. pleraque ex  
 Medicorum scholis condiscas: non est enim nostri  
 cōsiliij omnium meminisse, quorum iam ipsi me-  
 minere. Colligendum præterea, multumq; aduer-  
 tendum, quibus insit rebus qualitas, vel propieta-  
 tis alicuius excessus, & nō communis, vel affectio,  
 vel huiuscemodi perturbationes, & num illè ex-  
 cessus casu, natura, vel arte insitus sit: vt calorifi-  
 cus, frigorificus, amor, audacia, sterilitas, fœcūditas,  
 tristitia, loquacitas, vel aliud, quod facere volumus,  
 ex his operentur, & quàm minimè impunè puto:  
 vt si mulierem sterilem reddere destinaueris, ste-  
 rile considerato animal, quodq; excellenti pas-  
 sione illa superet omnia, quibus talia operandi de-  
 tur facultas, vt leuiore efficias opere: vti mula:  
 cuius sudor vrina, cor, matrix, venter, & maris tē-  
 sticuli, ventri impositi, si hausti, vel condimento  
 aliquo

aliquo esse sunt, vel suffitu, per infundibulum hianti ore rapti, prohibeant contipere mulierem: concipiendique spem adimant. Sic salix inter plantas, si elixa bibitur, quia fragiperda. Sic homo, vel individuum aliquod, quod nunquam fuerit infirmum, ægritudinibus confert omnibus. - Si audacem, vel impudentem aliquem reducere curaveris, fac illum secum afferre leonis pellem, oculos, vel galli: animosus, & inuictus perget inter inimicos, & eis timorem inducet. Si amorem inducere, vel allicere quæris, animalia quære, quæ cupidinis maximè retinent desiderium, & diligunt: uti passer, columbæ, turtures, & hirundines, & hora, qua præcipuè his vacant, arte vel euentu. & operæ precium fuerit, si partes accipies, ubi maximè vigent: uti cerebrum, cor, testiculos, vulvam, matricem, sperma, menstruum, vel secundinam. & si mulieribus paras insidias, testiculos, vel sperma. si viro, menstruum, vulvam, vel matricem. Si loquacem aliquem optabis, dant linguas, modumque optato potiendi, ranæ aquaticæ, siluestres anates, anseres, & si quæ sunt animalia, quibus loquacitatis notam impingunt, obstrepera, & loquacitate non incelebra, quorum linguas, si pectori, vel capiti dormientis mulieris supposueris, quia loquaciora noctu sunt, cordis secreta propalat. Pleraque, quæ potiùs luxuriantis, quàm proficientis essent lectionis, quonam modo ritè ministrentur, inferius docebimus, cum de iis profusius agemus. Nunc autem de cælorum operationibus proferamus aliqua.

NON dubium reor inferna hæc supernis illis ancillari, & ab æthereâ natura illa vim quâdam illabi, vt quæ mutationi obnoxia sint, rata lege, & continua serie corrumpantur, atq; gignantur. Vnde non temerè Aegyptios puto cælорū influxibus ascripsisse cuncta, cum hæc omnia illis subiecta cernerent. Affirmat hoc Ptolemæus, qui cælestes influxus ad normâ expangere, & inde multa præfigere est ausus: & verbosa ait probatione non indigere. Nec minus & siderum omnium verberè, animantia, germinâque omnia crescere, decrescereq;: ex aliquibus crebrius, manifestiusq;, aliis verò incertiùs, & interuallis rariùs. Aristoteles dum superiorem lationem cunctorum causam, & principium esset cõtemplatus, quæ si desisteret, hæc illicõ deperirent: Necessitate, inquit, fuit hic mûdus superioribus lationibus cõtiguus, vt vniuersa inde ipsius virtus gubernaretur: tantâq; à Sole vim diffundi nouit, quòd denuò cõcinnè protulit. In obliquo circulo fluxuosus solis meatus progenies, & interitus caducorum omnium est, & accessu, recessuq; temporum interualla causari. Plato cælestes quosdam circuitus causam esse fœcunditatis, sterilitatisq; ait. Ipse Sol temporum rector, vitæque regimen est. Vnde Iamblicus Aegyptiorum doctrina fretus inquit: Quidquid boni adest, id solari potestate adesse certum est, & si quid ab aliis habemus, ab ipso tamen absoluitur. Vocat eum Heraclitus fontem cælestis lucis: Orpheus vitæ lumen:

men: Plato cælestem ignem, sempiternum animal, astrum, animatum, maximum, & diurnum. Physici cor cæli vocant. Afferitq; Plotinus ab antiquis Solem Dei loco esse veneratum. Nec minus Luna sua, Solisque virtute operatur, cum nobis asfinior, & peculiarior sit. Albumasar per Solem & Lunam omnibus vim infundi, insinuarique dixit. Doctissimus Hermes post Deum, Solem, & Lunam viventium omnium vitam esse. Hæc terris citima, cæteros vicinitate exuperans, humidorum domina, & conciliatrix est, & cum ea tantam habent asfinitatem, vt animata, inanimataq; sui incrementa, & damna sentiant. maria, flumina, & laticum fluctus crescunt, & deficiunt: nunc properè fluctuât, nunc tardo feruntur cursu. Maris æstus recipiâdo perpetua agitatur vicissitudine, nec id nisi Lunæ motui ascripsere cuncti, vt nunc auido haustu absorbeat, nunc verò intumescens decedendo refluxuat: nec apparet vnde aliter euenire possit. Munificentius prouocat animalia, tanquam si mancipantia: nam orbem replens (vt ait Lucillus) alit ostrea, echinos, spondylos, conchyliâ, caneros, ceteraque: quia noctu tepido fulgore nutrit: gibbosa autem, vel in cornua vtrinq; falcata, inanit, & exhausta reddit. Idem etiam, quod modo retulimus, sidus, sentiunt cucumeres, cucurbitæ, pepones, quique plurimum humoris abundant aquei, vt adolefcente gliscant, & senescente decrescant, vt refert. At hætræus maxima perspicui posse Soli auersa, & aduersa eorum incrementa, & decrementa. Nec plantarum germina cæli statum respiciunt: quod

D

norunt

norunt agricolæ, cum sæpius exploratum habeant in insitione: nam crescens lignum non fructus in-  
 crassat; silens verò fructus, ligno languido & ma-  
 crescente. Vnde agriculturæ peritiores, & anni cir-  
 cuitum, & menstruum Lunæ cursum plantis sic  
 necessarium iudicauere, vt pars hæc agriculturæ  
 apprimè necessaria sit existimata. Luna quoque  
 dum per Zodiaci signa peragrat terrea, plâtata ar-  
 bores fortes radices, & subterraneas partes inii-  
 ciunt: si per aërea migrans commorabitur, arbor  
 diffundet ramos, foliis luxurians, & magis sursum  
 quàm deorsum concrescens. Immo quod certius  
 reperiri poterit signum, quàm quod in punico  
 malo cernere est, vt quot diebus ab interlunio dis-  
 cesserit Luna, tot annis sobolem det? Et fertur al-  
 lium, & si Luna sub terris posita feratur, & item  
 sub terris latente vellatur, odoris sceditate caritu-  
 rum. Cædua omnia, vti trabes, lignaque, dum no-  
 uunt sortitur Luna lumen, humore scatent pluri-  
 mo, & quasi per humoris conceptionem emollita  
 vermiculatur, & marcescunt. Vnde iubet Demo-  
 critus, nec Virruvio displicet, statuta ratione in-  
 nocentius in decremento cædi, vt materies tēpe-  
 stiue cæsa, carie non deficiens, diuturnitatem reci-  
 piat. Quin ætates variando, varios demonstrat ef-  
 fectus: nam à Solis eoitu vsque dum cornicularis,  
 & diuidua fuerit, humectat, & calefacit, humectas  
 magis, signo, quod humida omnia gliscant, & hu-  
 mificã virtutē ab ea recipiant. dum verò prætumi-  
 da, & in orbem sinuata fuerit, æquè calidū, humi-  
 dūq; habet: sentiunt id arbores & mineralia. De-  
 crescens

crescēs verò vsq; dū medio orbe cęsa, calida humi-  
 daq;, plus tamen caliditatis, cum plus habeāt lucis:  
 vnde cōringit pisces per aquarū superficiem com-  
 meare: in eo tamen occultus tepor, quia humecta  
 diffundit, & humore aucto, putredo prouenit, vn-  
 de in tabem ea resoluit. Vbi verò denuò cum Sole  
 fiet synodus, & lumine orba apparere desierit, ca-  
 lida, & præstantiorem tunc cęli statum Chaldæi  
 astrunt sapientes. Sic lunarem quoque esse herbā  
 rotundis foliis, circinatis, & cęruleis tradunt, quæ  
 Lunæ dies nouit: Nam crescens vnū in die produ-  
 cit foliū, & decrescens, deponit. Latius & crebrius  
 apud nos id perspicere licet in mansuetis animali-  
 bus, & plantis, continuoq; id experimur visu. Sen-  
 tit formica minimum animal sideram vires, vt in-  
 terlunio cesset, & quiescat, plenilunio in noctibus  
 operetur. Musium fibræ Lunari numero respon-  
 dent, vt tumido orbe crescant, cauo autem decre-  
 scant. Capilli resecti, & vngues tonsi post interlu-  
 nium celerius, antè verò serius renascuntur. A. Elu-  
 rorum pupillæ easdem Lunæ vires nouere, vt  
 nunc ampliores, nunc arctiores cernantur: quòd  
 qui huius rei periculum facere quæsierit, in eo-  
 dem sit lumine: maius enim eximè arctat, minus  
 verò laxiores facit. Scarabæus siderum ætates, &  
 tempora manifestat, ex stercore pilulam in orbem  
 conglobat, humoq; effossa serobe vigintiocto  
 diebus obruit, tantisper condens, dum ambiat si-  
 gniferum Luna, & ad interlunium reuertatur:  
 tunc orbem aperiens, nouam dat sobolem. Ce-  
 pa (quod multò mirandum est magis) inter olera

omnia sola siderum vicissitudines aduersas nouit,  
 & contrarias habet augendi, minuendiq; vices, re-  
 uiuiscit enim & congerminat, decedente Luna,  
 contrà autem decrefcit adolcfcente:quam ob cau-  
 fam Aegyptij facerdoes eam non comedunt, vt  
 apud Plutarchum IIII. in Hefiodum commen-  
 tario legi. Tithymali genus vnum, quod vocant,  
 Heliofcopium, quali Solfequium, comam ad Solis  
 normam circumagit, vt expergifcatur, & occubet  
 crepufculis fopitum defiderio quodam excitum, &  
 vt eius ortum mâne fpectet, noctu verò florem  
 comprimat. Sunt & folares herbæ multæ, vt helio-  
 tropion: iubare enim exorto interdium femper pro-  
 no vertice fpectat, vt nufquam videatur eius intor-  
 fiffe folliculum, fœdere amoris quodâ, fefeçq; eodẽ  
 inclinât, quò fidus defertur: fic maluæ flores, &  
 chicorium. Lupinus quoque abeuntem Solem in-  
 tuletur, vt caulem nufquam intorqueat, quotidie  
 agricolis horam nubilo etiam obumbrante, vt ho-  
 rarum index demonftrat, eifque eft confecti fide-  
 ris fignum: & in Euphrate ait Theophrastus: Loti  
 florem non folum aperiri, & claudi, fed etiam cau-  
 lem aliàs abfcondere, aliàs patefacere à Solis occa-  
 fu, ad mediam noctem. Sic olea, falix, tilia, vlmus,  
 & populus alba Solftitium demonftrant, frondes  
 obuertunt; albaque lanugine canefcentem dorsum  
 oftendunt. Irium, & arentis herba pulegij, tamen  
 radice careant, ligno fufpenfa, & affixa florent, &  
 æquidivium oftendunt. Selenites perinde ac fi Lunę  
 iubar diceret, lapis eft, quem alij aphrofcelinum vo-  
 cant. Is Lunæ imaginem continet, eamque reddit  
 in fin-

in singulos dies augetentem, & decrefcentem. Et lapis alius eft nubeculam continens, quæ Solis inftar, emergēs, demergēsq; circumuoluitur. Congratulatur cynocephalus Lunæ in exortu, quòd ftans, manus in cælum tollit, & regium in figne in capite geftat: talémque habet cum Luna confenfum, vt in eius congressu, ex quo affici folet, cùm inter menftrua, non pernox, & blando colore illuftrans omnia, fed opaca, filénsque eft, mas cynocephalus quoquàm non intueatur, nec comedat, fed in terram demiffo vultu, Lunæ raptu indignè lugens, mæreat: fœmina verò illuni nocte non contenta, nufquam oculos contorquens, eadem cū mare patitur, & è genitali fanguinem mittit. Ideò ad hæc vſque tempora cynocephali in facris nutriuntur, vt ex ipsis tempus coniunçtionis Solis, & Lunæ, ſciri poſſit, ex Oro in hieroglyphicis. Arcturus exoriens imbres & pluuias facit. Sirij exortum canes norunt, quia in rabiem aguntur. Viperæ & ferpentes furunt, ftagna mouentur, in cellis vina fluctuant, & maximi ſentiuntur in terra effectus. Ocymum ſub eius ortu palleftit, & coriandrum ſicceſſit, à Theophraſto traditum. & caniculæ ortum quotannis obſeruabant diligenter, & ab ea coniecturam capiebant, vt ſcribit Ponticus Heraclides, ſalubrisne, an peſtilens annus futurus eſſet: nam ſi obſcurior, & quaſi caliginofa fuerit, pingue & concretum eſſe cælum, vt eius qualitas grauis & peſtilens futura ſit. Si clara & pellucida apparuerit ſtella, cælum ſignificat eſſe tenue, ac purum, & propterea ſalubre. quam ſic metuebant veteres, vt



ei canem sacrificare instituerint. Columella:

*Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas,*

*Sanguine lactantis catuli placatur, & extis.*

Et Ouidius:

*Pro cane sidereo, canis hic imponitur ara.*

Præsentit eam fera, quam Oringē appellat Aegyptus: nam Solis radios tunc cōtuens, caniculā adorat. Molestas dicit Hippocrates purgationes ante & post eam, nec secandas venas: plerasque demonstrat Galenus operationes in diebus decretoriis obseruandas, & necessarias admodum: nec minus in serendis segetibus, iactis seminibus, & plantarum propagationibus. Nec te magnorum siderū configurationes lateant: è signis discessus, ut aqueæ, ignæque impressiones in aëre videantur. Quod si hæc æquo animo conspexeris, quis non omnium inferiorum causas sidera ipsa esse conii- ciet? quibus iam ignoratis maxima secretarū operationum scientia perire deprehenditur.

*Simplicia omnia stas exerceri temporibus, & pariter parari debent.*

CAP. XVI.

PROPTEREA nos stas omnia parare debere temporibus, nec prætereundū id esse censuimus: nā uti cælū varias reddit anni constitutiones, ita & plantas variat: ad incrementum autem alimētumq; plurimū cæli temperies, uti dixit Theophrastus, & in totum anni conditio iuuat. Vnde nō ab re est, quod prouerbio dicunt: Annum producere fructum, non aruum. Ita ut operationes retineant nostra simplicia validiores, scito aliqua multum retineri, aliqua verò breui temporis processu

vim

vim expirari, vti omnibus conspiciere licet, & cautū est medicorum regulis, quæ multis seruentur annis, quæ tūc inutilia sint habenda. Sic sæpè, quæ ab antiquis traduntur irrita, & vana reputantur experimēta, cum fortasse incidāt in manus aliqua vetustate collapsa & consumpta, præcipuè quæ in gēmis & in lapidibus. Insunt præterea in herbarū radicibus, foliis, floribusq; potiores virtutes, si stato decerpantur tempore. Nam radices oēs autumno sunt euellendæ, tunc cum humore & virtute scætant plurima; aliter enim exarescendo evanescent, & tunc decidua sunt folia, vis ipsis occulitur: verno tempore flores, cum illo enascantur tempore, & vim retineant magnam: æstatis tempore folia. sic in ceteris obseruandum iubemus, cui similis est Dioscoridis sententia. Verūm, inquit, in primis curam impendere oportet, vt suis tēporibus singula, & demerantur, & recondantur: certè enim pro horum ratione aut valent viribus, aut euanido nulloq; munere funguntur. Serena igitur cæli cōstitutione demerenda sunt, sic si non suo tempore, & oportunè colliguntur, minùs viribus valent, aut si per imbecillitatem intabuerint.

*Quod Regiones, & loca maximè sunt consideranda, vbi nascantur simplicia.* CAP. XVII.

Nec eis raro errare contingit in plantis, metallicis, & iis similibus, qui loci situ spreto, ea propinant, quæ in vsum & manus veniūt. Si quis verò id integrè assequi velit, non parum cōducit, si cæli status & loca spectentur propria: vti enim locus diuersas sortitur temperaturas, ita & diuersitatem

in plantis: operari potest, & tantam aliquando in plantarum virtutibus mutationem caussatur, ut non solum huius disciplinae rudimentis initiati saepenumero fallantur, sed in earum virtutibus inquirendis, & Medici, & qui non parum Philosophiae studiis nauant operam. Huius rei meminit Plato: Muniuit Natura naturans: loca terrae virtutibus diuersis, ut in eis sigillarentur virtutes diuersae: ut in plantis, & rebus aliis, quales merentur secundum genus eorum. Cui consimilis & Porphyrij sententia: Quod est, ait, locus generationis principium sicut & pater. Clarum est & Dioscoridis auctoritate: quod magni quidem refert, si loca, in quibus prodeunt, cliuosa, & ventis exposita sint, & proflata, frigidaque, & aquis carentia: in his enim locis vires eorum longè validiores intelliguntur, contra, quae in campestribus, riguis & opacis, caeterisque locis à vento silentibus enascuntur, plerumque degenerant, & minus viribus valent. Et Achaiae apud Cabyriam maximè, ita refert Theophrastus: Vitis quoddam genus habetur, cuius vinum abortum facit, & ubi canes comederint, eas quoque abortu periclitari necesse est: & in gustu, nec vna sensum alium, quam ceterae vuae faciunt, nec vinum à caeteris vinis distare percipitur. Nec solum plantarum naturas regio ipsa permutat, sed hominum mores & formas. Quis non cernit Asianos, Libyicos imbelles, & timidos? Contra Europaeos animo & corpore prorsus varios, audaces, bellicosos, magnanimos, & solertes? Scythas effoeminatos, eunuchos, & ad concumbendum impotentes: formam autem

autem aliis crassam, carnosam, aliis verò gracilem? Nec in his tantùm regionibus solum variatur, sed in eorum quoque partibus: vt Hippocrates refert in libro de aëre, aquis, & locis: & Platoni, & Gale- no quoque placitum video. Vnde si per regiones multum à primis distare videntur, neq; pares re- tinent vires, eò deferantur loci, & vnde maximè vim illam fortiri videntur. Neque enim æquè effi- ciunt quæ ad Septentrionem, vel ad Austrum ver- gunt, vel quæ Solem exorientem; occidentemve spectant. Incolunt montes, pinus, abies, & tere- bynthus: fluuios, platanus, populus, salix: siluas, ili- ces, fraxini, aceres, & coryli, quæue stagnantes a- quas, fluètes, palustres locos, vmbrosos specus, fon- tium & parietum aspergines, & saxa manantia. quibus non inficior alios scaturiri locos, virtute nõ tamen pari: in vno enim intensius, in alio remis- sius operantur, secundum Naturæ dispositionem, quæ hic vel alibi nasci amat. Cicutæ succus Athenis venenum, poena Atheniensium publica inuisus, quem quum Socrates præsumsisset, præsentanea de medio morte sublatus est. hîc autem impunè magis sumitur, & à bestiis manducatur. Et in Per- side ferunt lethalem nasci arborem, cuius sunt po- ma præsentis veneni, vt illicò vescentes interimât: quapropter in suppliciis tantùm iis vtebantur. Re- gibus tamen in Aegyptum tralara, & Persiana iam exuta perfidia; cibus idonea, & salubria defert po- ma. Columellæ de hac extant versus:

*Stipantur calathi, & pomis, qua Barbara Persis*

*Miserat (vt fama est) patriis armata venenis:*

*At nunc expositi paruo discrimine lethi,  
Ambrosios præbent succos, oblita nocendi.*

*Locorum & fontium proprietates aliqua, quæ operi suo  
suo conferre possunt.* CAP. XVIII.

**N**EC minus locorum diuersitas in variis rerū effectibus operatur. Locus enim quoq; terrarum aquarumq; miracula retinet multa, quæ rectè scire & noscere Magū oportet, nam sæpenuerò videmus aliqua situs ratione solū operari, & miracula afferre ob cæli inclinationem, & Solis impetū longiùs & propiùs accedendo, recedendoq;. Si enim terra vna ab altera non differret, nō solum in Syria & Arabia in harundinibus, iuncis, herbisque essent odores, & thuriferæ arbores, neque piperis baccas, neq; myrrhæ glebulas darent, sed in omnibus terræ locis generis eiusdem omnia procrearentur. Ex fontibus quoque proprietates hauriuntur aliqua, quæ nō aliter possent fieri, nisi cū terrenus humor suis proprietatibus saporū in radicibus, infusus, enutrit materiam, per quam egrediens ad cacumen profundat proprium loci, & sui generis fructus saporem. Zama Afrorum est ciuitas, ab ea passuum millia viginti est oppidum Ismuc: & cū Africa parens & nutrix sit bestiarū, & maxime serpentiū, in eius agris oppidi nulla nascitur: & si allata ibi ponatur, statim moritur, & terra illa alio trāslata idē efficit. In Tarquinensi lacu magno Italiæ nemora circumferuntur, nunc figuram triquetram edentia, nunc rotundam ventis impellentibus, quadratam verò nunquam. In agro Cispadano, in tractu eo, qui Monsterax dicitur, tritici spe-

Species, quam filiginem vocât, tertia satione in frumentum vertitur. Iuxta Harpasam Asiæ oppidum cautes est horrêda, quæ vno digito mouetur, & eadē si toto corpore impellatur, resistit. Sunt quoq; & terræ, quæ maximis scatēt ignibus: vti in Sicilia Aetna mōs sæpè flagrat, & in Phaselide mōs Chimæra, & tradit Ctesias ignē eius aqua accendi, extinguī verò terra: & in Megalopolitano agro, & in subiectis Arciæ aruis si desiderit carbo, terra ardet. Sic in Lycia Ephesti montes tēda tacti flagrant, vt lapides & arenæ in aquis ardeant, vnde si quis baculo sulcos traxerit, ignium riuos sequi narratur: Nec de aquis minora narrantur: dū enim per subterraneas partes procedunt, per alumen, bitumen, sulphur, & cætera metalla transeunt, nunc internas percurrēdo partes, illico corpus contabescit, & necatur: nunc verò interiora corporis vitia mederi solent. Sunt & genera aquarum multa, nec paucas habent proprietates. Est enim in Sicilia Himeræ flumen, quod in duas diuiditur partes: ea enim quæ contra Aetnam profluit, infinita est dulcedine, quæ verò per sal currit, salsum habet saporem. Est & inter Mazaca, & Tuaua Cappadociæ vrbes lacus quidam, in quem si harundinem immiseris, vel lignum, paulatim lapidescit, nec mutatur, quod aquis extat. In Hierapoli vrbe trans Mæandrum fluium aqua, quæ in Tophum lapidescit, ita, vt qui aquæductus deriuant, integra struant ex illis septa. Sunt Bœotici flumina Cephyfos & Melas, & cū pecora suis temporibus ad conceptionem partus per id tempus ex eo con-

tinuē

tinuè bibunt; inde quamuis sit alba, procreant aliis locis leucophæa, aliis pulla, aliis verò corecino colore. Sic ex Peneo Theſſalico, & ex Aſtace Pontico, fluminibus bibendo nigreſcunt oues. ſunt & genera aquæ mortifera, quæ per maleficum terræ ſuccum, vim recipiunt in ſe venenatam: vti Terracinæ fons, qui Neptunius vocabatur, ex qua qui biberant, vita priuabantur, quapropter antiquos eū obſtruxiſſe fertur. Et Cychros in Thracia lacus, ex quo non ſolum qui biberint, ſed qui ſe lauerint, moriuntur. Stillantes ſunt è ſaxo frigidiffimi humores in Arcadia Nonacris nominata regione, quæ aqua Stygos Hydo nominatur, quam neq; argentum, neque æneum vas poteſt ſuſtinere, ſed diſſilit & diſſipatur, nec illam aliud continere poteſt, niſi mulina vngula, quæ memoratur ab Antipatro in prouinciam, vbi erat Alexander per Iollam filium perlata, & ab eo aqua illa Regem eſſe necatum. In agro Phaliſco via Campana in Corneto campo eſt lacus, in quo fons oritur, vbi anguimum, lacertarum, reliquorumque ſerpentium oſſa iacētia apparent, quæ ſi extrahere volueris, nil reperies. Item ſunt nonnullæ acidæ fontium venæ: vti Lynceſto, & in Italia virena Campania Theano, aliisque pluribus locis, quæ virtutem habent, vt calculos in veſicis porcionibus diſcutiant. Fons eſt vnus Paphlagoniæ, ex quo etiam ſine vino potantes fiunt temulenti. In Inſula autem Chio fons, è quo qui biberint, impudenter fiunt inſipientes, & ſaxeï redduntur ſenſus. Suſis autem fonticulus eſt, è quo qui biberint, amittant dentes. Nili aqua adeò eſt ſæcunda, vt

da, vt ex ea animentur glebæ. In Aethiopia fons  
 scaturit, qui circa meridiem adeo friget, vt sit in-  
 habilis potui. vbi autem media accesserit nox, sic  
 feruet, vt tangi non sustineat. multi præterea sunt,  
 quorum meminit Ouidius:

- Medio tua corniger Hammon

Vnde die gelida est, ortuq; obituq; calescit.

Admotis Athamantis aquis accendere lignum

Narratur, minimos cum Luna recessit in orbes.

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit

Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Crathis & hinc Sybaris vestris conterminus oris,

Electro similes faciunt, auroq; capillos.

Quodq; magis mirum est, sunt qui non corpora tantum,

Verum animos etiam valeant mutare, liquores.

Cui non audita est obscena Salmacis vnda?

Aethiopesq; lacus? quos si quis faucibus hæsis;

Aut ferit, aut patitur mirum grauitate soporem.

Clitorio quicunq; sitim de fonte leuarit,

Vna fugit, gaudetq; meris abstemius undis.

Hinc fluit effectu dissipat Lyncestius amnis,

Quem quicumque parum moderato gutture traxit;

Haud aliter titubat, quam si mera vna bibisset.

Est lacus Arcadia, Pheneum dixere priores;

Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto.

Nocte nocent pota: sine noxature bibuntur.

Aliæ sunt quoque locorum & fontium proprietates, quas qui quærit, libros legat, quos scripsit Theophrastus, Thimæus, Possidonius, Hegesias, Herodorus, Aristides, Metrodorus, qui vigilantia, & infinito studio locorum proprietates exquisierunt,



runt, & eas scriptis declarauerunt. Inde à Plinio, Solino, multisque historiis narrata.

*Vt misceri, & componi simplicia debeant, mixturas sub-  
ingredientia nostras.* C A P. XIX.

I A M compositiones simplicium, vel mixturas necessarium tradere iudicauimus, vt postquã latētes Naturę effectus studiosi inuestigare didicerint, & omnia seligere, in lucem vt mira illa depromāt, & componendi methodū discant: quam & medicis obseruatã summoperè video. Quia sæpè vnico non indigemus effectu, sed duplici, & triplici, sic & simpliciuũ mixtura vtendum est, vt quęritos depromant effectus, & ad hoc eam inuentam iudico. vel enim sæpius euenit, vt remissè operentur aliquãdo: nos verò, vt promptius agant, citiusq; actionē expediant, multiplici præsidio corroborare solemus: & cõtrà si intensè nimis effectum depromant, eorum vires hebetare, & extinguere. Sæpissimè autem euenit, vt eũ statutum mēbrum ferire volumus, caput videlicet, cor, vel vesicam, associemus aliqua, vt illud directè vulnerent, & omnibus prouideant: vnde euenit, vt contraria quoque permisceantur. Inceptum igitur sermonem exequamur. Cũ aliquod opus aggredieris, illud primũ consideratõ, quod maximè intendimus, & ad quod simplex illud, vel mixturam dirigimus, compositionis basim, vel fundamentum substituamus, à qua compositum dicatur: & tantæ sit quantitatis, quantæ materialis formę actiones esse debent. Nam, vt agant, debitam exposcunt, determinatamque quantitatem, alia au-

tem

tem vti adiuantia, & primi condimenta ad-  
dantur, nec absque iis sic faciliter, nec tardius, ci-  
tiusque operentur. Sic commiscetur odoriferum  
fœtido, amarum dulci, saporis vel odoris gratia,  
nam si amara, fœtidaque fuerit exhibenda mixtu-  
ra, ab aliquibus reiicitur, quibus dirigitur, & ani-  
males spiritus eam fugiunt, & abhorrent, vt eo ab-  
sorpto, virtutis læsio sequatur. Sic tenuibus, &  
mollibus partibus crassæ & duræ, iucunditatis gra-  
tia, permiscentur. Euenit aliquando vt tam exigua  
sit pars, vt antequam corpus calefaciat, à corporis  
absumatur calore: tunc aliquam addimus molem:  
nam operationem non impediens, cōueniens pa-  
bulum præbet calori, ne citius, quàm fuerit opus;  
consumatur materia, sitque operationi idonea.  
Si exempli gratia consopitas aues captare tenta-  
mus, commodum hoc nobis præstat nux methel-  
la, talium compos virium, vt somnos conciliet,  
stupidos reddat, & cerebri gravitate somno den-  
tur: eam mixtionis basim reliquis substernimus  
vt viuidius inde operetur, opium, & meri fæces  
adiungimus. Si dura sint, & fluere volumus, vt eò  
aptius legumina, vel alia saturantur, vt dicemus  
in præparationibus, eis quoque aues inescabi-  
mus: mandragoræ itaque succo, vel cicutzæ,  
vel bonis felle dissoluantur: nève fœtida, vel  
amara videantur, mel, caseum, vel farinam im-  
miscemus, vt esculentior fiat res, eò madeant  
legumina, eisque comessanda exhibeantur:  
nam cum cibum gustauerint, ad terram consop-  
pitæ procumbunt, nec volare audent, apteque

man-

manibus capi possunt. id in cæteris obseruandum  
iubeo.

*Quomodo mixtura pondus inuestigari debeat.*

CAP. XX.

EST quoque animaduertendum maximè, vt  
recta mixturæ dosi percipiatur, poderumq; pro-  
portio reperiatur: quòd operationum bonitas rerù  
omnium, non nisi in optima proportione, ac recta  
harmonia: nec præbebunt mixturæ quos pollicen-  
tur effectus, nisi omnibus sint numeris absolutæ.  
vnde tam in eorum mixtionibus, quàm per se pri-  
scos illos semper vti consueuisse comperimus, nil  
nisi eorum delectu & pondere. & sic experientia  
comprobata nobis conscripta. Igitur maximam tu,  
qui his operam impendis, primùm simplicis medi-  
cinæ pondus reperias, quantum res ferat, secundùm  
quæsità rei proportionis imaginationem: & tecùm  
finge medicamen illud ex quibuslibet componen-  
tium, respiciendo qua se habeat ad totum propor-  
tione, in toto enim ea esse debet, & quæ in partibus  
reperitur, & si plus suæ dosi positum esse reperies,  
habitis componentibus, à toto id abstrahatur. Sic  
iam scito pondere, pro fundamento illud statua-  
tur, & tantum aliis ponderibus subsistat, & ab eo  
remoueat, quantum inde aliis secum mixtis cõ-  
pletæ suæ æquiualeat dosi, cum plures res medica-  
mentum subingredi oporteat; & ea ex operantis  
coniectura percipiantur. Sic de composita mixtu-  
ra nunquam illud des, quod dosim excedat, etiam-  
si simplex esset in virtute. Sed computatis gradi-  
bus omnibus, non in quantitate maior, vel virmis  
esse

esse debet, vt diuersam habeat qualitatem, virtutemq; : nam eam non addimus, vt dosim augeamus, sed vt facilius opus expediat. Est id quoque præcipuè animaduersione dignum, sic in mixturis, & medicaminibus ponderum proportionem variare debere, vti & regiones, & climata diuersa sunt: nam & operando diuersam nascuntur virtutem: ibi enim viuidiùs, hîc autem vegetiùs operantur, vti monuimus. Tu æqua mente librato, & secundum simplicium operationem, ponderû ratio mutetur, demendo, adiungendo, & tui ingenij sollertia accommodando: vt illud operentur, quod quærimus. Id autem in nostro opere, ratione optima, vsi fuimus in experimentorum descriptione, per partes pondera describendo, nec temerè, & vt facilius percipiantur: quia fortassè diuersa ponderum nomina, quæ ab aliis obseruari vidimus, artificem ab operatione impedirent: atque vt quisq; quæsita & optata quantitate vtatur, iisdemque vidimus Cornelium Celsum vsurum fuisse: sic enim accommodatiùs omnibus satisfactum est.

*De simplicium præparationibus.*

C A P. X X I.

C O M P O N E R E iam, & pondus inuestigare docuimus: superest præparationes simplicium quasdam enarrare, quæ operi accommodatæ, & necessariæ visæ sunt maximè, longèque reliquis maioris artificij. nec tam in simplicibus operationes consistunt, quàm in eorum præparationibus: sine quibus parum, aut nihil operabuntur. Simplicia igitur plurimis quidem artificijs præparari

E. tolent,

solent, vt vsui aptiora, cōmodioraq; sint. Quæ sunt præcipuè nobis vsu frequentiores, sunt hæc: Maturatio, Putrefactio, Maceratio, Elixatio, Combustio, in Calcem redactio, Incineratio, Distillatio, Arefactio, & iis cōsimiles. Tunc enim aliquid maceramus, cū humore aliquo immergimus, vt tam interius quàm exterius res madescat & maceretur, vt diximus: & subtilior pars in expressione eliciatur, & terrestris relinquatur: vt quæsitum humorē in meditullio recipiat. Elixamus autem tunc, cū succus ex aliquo non possit euocari: nam elixando à centro ad circumferentiam extrahimus. vbi maceratione, vel infusione non inuenit: ipsa tamē tenues resoluit vapores. Sic adustione, torrefactione, & in calcem reductione vtimur, vt partes penitus humore priuemus omni: quod euenit, cū in calcē reducimus, vt facilius resoluantur, vel in liquorem vertantur, aliisq; rebus immisceantur. Sic torrefacimus cū res conteri nequeunt, vt in puluerem vertantur: id animaduertendo, ne res cōburatur, & cōbusta quæsitas amittat vires, & assetur, vt tenuitatem recipiat. Res, vel simplicia distillantur, & vt potentioris virtutis eliciatur aqua, quò facilius res, & commodius operetur: & quia tenuiores medicamento partes requirimus, crassioribus reiectis, quæ nostro officium instituto: & sic de aliis operationibus intelligendum est. Hæc nostro operi oportuna, & necessaria esse censui. Si quis autem id: fusiùs exoptabit, medicorum libros consulat. Sed nunc ab his promoueamus stylum.

FINIS PRIMI LIBRI.

IOAN-

IOANNIS BAPTISTAE PORTAE NEAPOLITANI MAGIAE NATURALIS, LIBER II.

PROOEMIUM.



**H**ACTENVS in causis, earumq; actio-  
nibus, quod primo volumine precepisse uide-  
mur, latius euagati sumus, quam par fuerat.  
Nunc autem, quas polliciti sumus saepe opera-  
tiones, aggredi non intempesium uidetur. Sed  
monstrificas primum plantarum transmutationes doceamus:  
multa etenim retinet agricultura inter cetera experimeta huius-  
modi, nec inuicunda uisus. Sed antequam de eis conficiendis dis-  
seruam, praesari aliqua in totum necesse habeo. Plures demonstrat  
natura uias, quibus facile uotum assequimur, cum certo sciamus  
facile plantas in alienigenam transire naturam, varijsq; obno-  
xijs esse permutationibus. Ab hoc igitur auspiciato principio,  
uimunt aliqua cultu plantae, coliq; iubent, aliae autem negligunt,  
respuuntq;: quibus si his detrahes, ijs adhibes, deteriores fiunt, &  
in peius ruunt. Abies cultu deterior fit, immutescitq;: pinaster &  
celastrus degenerant, & immutescunt urbana neglecta: mutescunt  
autem siluestres cultu, uti uitis neglecta degenerat in labrusca,  
& siymbrium, nisi cultura coerceatur, figura, in nepetam descen-  
dit. Sic si eam stercoreabis, quae amputationem querit, & fimum  
aspernatix fuerit: illam autem decacuminabis, quae fimum que-  
rit. Praeterea operae precium fuerit, si eorum nosces ortum, uti e-  
Theophrasto, alijsq; condiscis. haec semine apta est exoriri, illa  
sponte, alia radice, auulsione, ramo, surculo, trunco, & ligno in-  
nutatim conciso: nam alba populi cortex contusus, stercoreatis  
suis subactus, edules dat toto anno fungos: earum quoque ex-

tum docet in Georgicis Virgilius Maro. Si tu autem earum, quae radice nasci comperta fuerint, vel spontanea, semel plantabis, quae autem semine radicibus deposueris, quae talea, tu surculo seres insuetos largietur fructus, eosque contra Naturam ritum euenisse cernes. Iam scimus ficus satione talea fieri, si semen ficario seres, aliquam efficere diuersitatem scito, cum genuina non sit eius satio: unde nigra ficus semina sata, ficus praebunt albas, & alba nigras: vel nullum penitus genus procreatur, nisi caprificus, aut siluestris ficus. Et ex nigra vna candidam prodire dicunt, quam capueiam vocant. Et populus alba in nigram commeat, vel bona frugis arbor nunquam perfecte reddetur. Dulcis amygdala, si fructu seratur, fit amara, dura, & sapore degenerat. Et e semine dulcis punici acida proueniunt, cum ex virga prodeat, & germen citet, & ex acinis illius glaucis vilia exeunt. Est & in Creta Cepe genus quoddam, ut ait Theophrastus, quod semine satum in radicem crassatur, depositum vero caulescit, & in semen totum funditur sine capite, saporeque dulce est: Id enim e contrario, quasi cateris habet. Omnes namque deposita, melius, celeriusque perficiuntur. Si rapa deponuntur rare, effeminantur: si autem densa ponantur, mascullescere eas omnes aiunt. Et ex rubro lauri & myrti fructu nigrum fieri constat. Nec incongruum fuerit, cali clementiam, temporumque vicissitudines considerare, ut in suis inter eas commutentur temporibus, & ocyus & tardius serantur. Vetus enim semen in quibusdam valet, ut naturam commutent. Cucurbita, atque cucumeris semina, si recentiora fuerint, maturius gignuntur, ex veteri autem semine celerius proueniunt apium, & nasturtium: & ex semine brassicae, cum muerata sit, nasci aiunt rapam, & contra, e rapam semine brassicam. Tiphæ semen in triticum mutari solet, si pistum seratur, id autem non protinus, sed anno tertio. Si ergo irrigaueris, quae irrigationem negligunt, diuersitatem efficiunt.

*ciunt. Mala punica, acida fieri creduntur, si assidue irrigaueris: siccitas enim in his suauitatem prestat. & copiam. Sic mutatio quoque in omnibus alimentis, Theophrastus ait, arborum quoque genera permutari, & immutatum quoque semen terra commissum, iam plantam, quam fructus permutare potest. ratio est: quale nanque principium sit, tale illud quoque sequi, quod ab eo ipso principio prodit, necesse est: sic pracoces, serotinos, maiores, monstruosos seriatim docebimus. sat mihi nunc sit modum demonstrasse.*

*Flores, & fructus, quomodo pracoces, vel serotinos producimus.*

C A P. I.



**A**R s Naturæ æmula, & imitatrix, dū eam sequitur, sublimiora facit. vnde Magus, vt secunda Natura, illius habitu indutus, oculorum argumentis, & animi coniectura perscrutās, quod abdita maiestate re ipsa efficit, multiformi ambage, obscurisque tegens inuolucris, & hominum paratu multa quia noscit prouenire, & quod faueat natura, insolitos partus, & inconueniens producēs germen, qua sine penitus negaret. Sic vi opus impedit, retrocedere facit, & que serò operatura, maturè cogit producere, suo iussu parère, & virtute ipsa, qua cælitus pollet: noscens quoque temporum diuersitate, & ex irrequieto cælestis caloricircuitu, flores, fructus variari, ac nascentia omnia, quæ in mundo visuntur, vt si cordi fuerit ea immorari, & festinantius adducere, vt cariora sint, id mentis

E 3

tis tem-



tis temporum interstitiis exequatur, & in ver, hyemem, & æstatem permutare. Affert præterea non parum commodi insitio ipsa, nobisque multum in his suffragatur. Vnde si libet

*Flores, & fructus temporis aduocare :*

elige florem, quem mauis; nam quod vni, omnibus conuenit: sit rosa, tempore anticipato circiter Octobrem, calcem inter fistilia vasa serito in terram, cribro succretam, & stercore admixto, liquidorem factam, bis in die calida fouebis aqua: & si aër vento exagitatus, vel immoderata pluuia erit, in contactam inferes domum, nec noctu sub dio relinque. vbi verò gelicidia, & hiberni imbres cessauère, & aëris euocatur mollities, Soli expose, si diei permittit apricitas. hoc dum tempus exoptularit, & primùm ver affulserit, & calyce germinare incipiente, calidiori aqua infundatur: iugi enim & lenta scaturigine gaudet. sic prima erumpet, quæ erat inter vernos flores nouissima. Considerandū præterea, intempestiuam fieri germinationem, placida hyemi austròve sequente, nõ horrida, & niuali, vti è Theophrasto elicitur, cum vis generandi, humorque fœcundus aggregatur, aliàs per se, aliàs ex parte residua humoris progressi, quo fructus prodierant. Nec dissimili ordine habebimus

*Cucumeres, & cucurbitas valde pramaturas:*

Verè nondum ineunte, semen implantabis, vt in antelatis liquet, ex Quintiliorum placitis: & postquam conualescere cœperit, & frigora cessabunt, in locum subactum, & crebris irrigationibus

bus excultum, scrobibus effossis, vas frange, ac labro tenuis abde, donec summæ terræ coæquetur, & si luxuriantia adhuc virgulta sustuleris, longè celerius fructus edent: non enim satis tutò in hortis, & subdialibus locis relinques, ob temporis sæuitiæ, commodius autem cubicularibus rhædis confitæ, incumbente frigore, in occultis, & specularibus munitis locis immorètur, & sic hyemis rigorem arcebis. Simili ferè modo cucumeres Tiberio Cæsari præbebantur singulis diebus, mirè ab eo expetiti. Nec alia putanda est caussa, si Inarimes, & Puteolorum tellus celerius, quàm cæteri accedentes agri fructus præcoces producant. Subterraneo enim calore & ignibus, quibus vniuersum scatet solum, arbores fouet, vt citius concoquant. Id in cæteris faciendum iubeo, ne largius euagemur. Leuiori verò, & diuerso quoque artificio

*Vuas vere producere*

possimus. Si verno tempore, vt apparet, Cerasum arborem sua gerere mala conspiciamus, nos tunc vuas optamus, sic non deerit copia, vti è Tarentini & Pamphili elicitur dictis: Quando ab iis gummi effluere desiit, ne putrescat, & vermiculetur, emuscari iube lanuginem quandam, quæ obuallat arborem: officiet enim insitis multum. Sit insitio, quam emphyllimon vocant: sic enim facilius coalescit: Arboris inde cortex relaxetur, & tenuis, & validus cuneus inter lignum, & librum adigatur, sed sensim leui manus libramèto, ne corticis fascia lædatur, cuneo subducto, surculus præacutus ni-

græ, & feracis vitis immergatur, & ligetur: sic verè, consueto cerasorum tempore fenerabit vuas, cùm cogatur subiecti trunci alimoniam surripere. Idè quoque pyro, & malo facies, si diuersis libet temporibus. Sic autumnales ficus vernas faciemus, & biferas, & sepè vuas autumnò edimus. S I C perpetuò fructus habebimus, vt docuit Didymus, si maium in citrium inferatur, cùm perpetuè fecunditatis toto anno sit arbor: poma semper habens subnascentibus aliis, & tempestiuus, & tardius habebis. Notato id quoque, hæc illi tantum euenire arboribus, quæ humidæ & fertilissimæ sunt, siccis verò, minùve fertilib. nullis euenire. Sunt & medelæ multæ, quæ his suppeditant: vtpote

*Fructus & flores maturiores omnes*

habiturus, maximè rosam, post vindemiam plantabis, seres, putabis, & singulis mensibus, sine temporis intercapedine rosæ euadent floriferæ, vt docuit Didymus. L I L I A, vt vicissim flores pariant, serantur bulbi, alij duodecim, alij decem, octo, vel quatuor digitorum altitudine. C I N A R A E quoque sæpè plantentur, & sæpè fructus deproment. F I C V S præcoces, & maturiores habebimus, si columbaceum stercus, oleum, & piper indideris, & linieris. Et confert ad hoc caprificatio: nam putrescentibus granis, ficarij quidam culices generantur, ac in ipsis alimento fraudati, ad cognata volant, & crebro morsu, auidoque aperientes earum ora, solem secum inducunt, apertaque fenestra, cereales auras immittunt, & lacteum humorem absumentes, maturitati præparant. Vel truncus fici  
scari-

scarificandus, quo lacte turget, nam vno humore affluente, reliquus agiliter concoquitur. Si ficetis quoque circa arborum radices obruantur arietina cornua: & si iuxta scylla feratur, ocyus dabūt fructus. Cerasa præcocia facit calx radicibus admota. Sed adeò mens naturalia exactiùs perscrutari aucta est: adeò indagine experientiæ solertiore Naturæ penetralia aperire non diffitetur, vt audeat nõ solum ocyus, sed

*Apium hortense ocyssimè producere,*

cuius ortus inter sata non est contumacior: quinquagesimo enim die, vel quadriagesimo solet erumpere, vti Theophrastus, cæteriq; asserunt, qui hoc posteris legendum reliquere, nostrates petroselinum vocitant. hic sedulus operator esto: nam tantillum erroris committens, oprato defraudaberis: Sint femina hornotina, ac æstate ingruente, aceto immerge, sine immorari aliquantisper tepente loco, subinde femina in solutam terram cõuolue, cui combustarum fabalium cinerem admisce: vbi verò leui imbre ardentis aquæ (quam vocant) irroraueris, & crebris irrigationibus: panno operi, ne calor euanescat: sic pauculo temporis curriculo, paucis elapsis horis terram discutiet, amoue pannum, irriga, & caulis elongabitur. maximamq; spectantibus admirationem ingeret. Nec dissimiliter

*De cucumeribus idem*

eueniet, si eorum femina, vel peponum, quos melones vocant, recentia, æstiuo tempore humano cruore immerseris, non infirmi, sed sani, adulti, & fului viri: retinet enim in se calidiorem, efficacior-

remque vim: crebrò permuta, ne tabescat, sed immarcidus madeat, oportet: morentur per hebdomadam, sic insolata semina scrobiculis effossis, in fecundam, & pulueratam terram pangantur: & caue ne inuersa: nec obfuerit, si viua calx substernatur: subinde calida aqua, vel ardenti rigatus caulis foras emicabit: pannis tege, ne calor elatus euolet, eum serpere spectabis, si propius non admiseris, cui caducus hæreat, & in immensam monstrificè crescet magnitudinem: quanquam breui temporis processu, vitam ascititiam expirabit. Quæ sic enim præcoces pariunt, imbecilliora aliis sunt, vt differre non valeant illuc, factò humoris impetu. Iam diximus, quomodo præcoces fructus, & præcocissimos efficiamus: nunc superest, vt serotinos doceamus, quos efficere à contrariis discite: vt quæ prius calefaciebas, nunc refrigera. Sed vberioris doctrinæ gratia, exempla subnectam aliqua. Si velimus

*Cucumeres, & fructus omnes serotinos efficere:*

scimus eos maximè gelicidia, & imbres horrere, ac frigora pertimescere: vnde semina in æstate plantabis lætamine circumaggerata, sic frigori maximè obstabunt, nec ab eo necabuntur. ALITER quoque vegetes perdurare valent: apud puteum ferantur, & iam tempestiuos in puteos dimitte, ac supra rectè operi, ne Sol, venti que noxam exsiccando deferant: iuuant & aquæ surgentes vapores, vt diu viridi maneant habitu. VEL stercoroso loco, & aprico, vbi semina positurus eris, si rubos, aut ferulas habemus post autumnæ æquinoctium,

Etiam, his iuxta terram recisis, excavatis, & ligneo stylo inter medullas latamen immittimus, ac cucumeris semen addimus: hinc nasci apparet fructus, qui possit & inter frigora non necari. **SIC**, quæ edimus æstate fragra, si hyemali vel verno optamus tempore, cum candicant, nec exacto purpuræ colore rutilant, cum foliis in arundines immittimus, pingui oppletas ore lætamine, & obruimus, si tempore quoque rubescant, cupimus, Soli ostendimus. **CITRIFA** si toto vis habere anno, cum seruabis morem, qui in Assyria peculiaris, multisque etiam locis frequens est. Quum legendi tempus adierit, partim à genitili rescindas stirpe, & luxuriam ferro corriges, partem relinques, qua parte strinxeris, genuina arboris feracitate, alia substituet, eisque adultis, poterunt & priora illa decerpi, atque noua fetura inuitari. **AT** si quam voles ficum serotinam facere, cum erunt iam minuti grossuli, eos decutito: sic alterum edens fructum, in hyemem differt seram maturitatem, dummodò tempus suffecturum partui superfit, & generare aliàs possit. **VVA** s possumus quoque non dissimiliter, & rosas serotinas habere ad hunc modum à Florétino edoctum: Si tunc ceraso vuae surculum inseruisti, nunc rosam malorum cortici inoculari permitte: peregrino enim in cortice conerescens & adulescens, quo dabat arbor fructus tempore, dehiscet rosa, mira odoris iueunditate & pulcritudine redolens, omnibus contemplari & spectari sinit. **CERASA** si tardiora quærimus in vindemiis, horum surculum in cerasum inserimus  
mala

mala producentem, quæ ab ingrato, insignique amarore, amarendulas dicimus: si hoc ter, quater denuò effeceris, fructus dabit serotinos: & si nimio tunc acramento respuuntur, priores oblita succos, nunc acidulo sapore iucundiora euadent: sic diuersi flores, diuersique fructus diuersis quoque temporibus impartimur: iis pro voto vtaris.

*Fructus è diuersis compositus quomodo fiat.*

C A P. III.

IN monstrificis Naturæ compositionibus, ac transmutationibus, haudquaquam alia, quam insitione ducitur via meliori, hanc satis laudauimus, longè secus laudaturi posthac, mutuo postquã diuersorum complexu indissolubilem vnum efficiat nexum, mirandique præbeat rationem: & si insitiones laboriosas, ac impossibiles aliquis existimabit (scio enim multos non defore, qui hæc irrideant, & inculcent) sit effectus laboris leuamen, & ferè impossibiles insitiones sollerti emendabis cura, nec te ab eo rudis agricolæ, & incij artificis dimoueant dicta in eo, quod demonstratur experientia: & animo obuolue, quæ à priscis memoriæ prodita sunt: vti ficum platano inferi, & moro. Morum castaneæ, terebintho, & albæ populo, inde alba nasci mora. Castaneas nuci, & quercui. Punicã variis gaudere adulteriis, & omnibus immisceri. Lætatur Cerasum persico, & terebintho. Ceraso terebinthum, & persicum. Cotonea oxyacanthæ. Vitem in oleam fructus dare, & elæostaphylos appellari, quos oleuam Latine dicimus: quam Florētinus vadeo Georgicorum libro se apud Mariū  
Maxi-

Maximum vidisse perhibet, fructum gustasse, & æstimasse, quòd verè acinum & olei baccã simul gustaret. Myrtum salici insertam, & punica quoq; retulisse mala ferunt, & cæteris (ne longiori narratione legentes fatigemus) quas intueri par est, longè tamen nostris difficiliore: & tandem omne genus surculi omnibus arboribus inferi posse auctoritat Columella, & docet. Hinc omnis fructuum compositio; hinc omnis eorum adoptatio, hinc in-sueti largiuntur fructus, & frondes. Vnde in Geor. Poëta:

*Miraturq; novas frondes, & non sua poma.*

Et adeò valet, quòd nouũ reperit adulterij genus. vti è nucipersico, & persico mixtura, progenies maioribus nostris inuisa, inaudita, nec profus excogitata: v̄t

*E persico. & nucipersico malum componere:*

hoc per insitionẽ efficies, quam emplastrationem vocant agricolæ, vt si è persico, & nucipersico ramos abstuleris nouellos feraces, & qui adolescenti, magnumq; germinandi prælagium dabunt, ipsis duobus digitis circumsignatis, gemmæ vt in medio collocentur, sic cortices acuto scalpro à ligno. leniter, ne lædantur, euellas: has per medium findito, vt simul compactæ ritè coalescant, & cicatricis locus non appareat, sed gemma vna videatur, alterutri infere, ex ea arboris parte, quæ maximè nitida, ac præcipuè hilaris conspicitur, reliquis amputatis, ne alimentum surripiant, vt omne insito feruiat: corticem aperi, ne ligno ferrum inferat plagam, ac circumcidito eiusdem gemmæ quan-



quantitatis, ac ita gemmam aptato, vt circumcisæ parti par sit : circa eam vincito, ne lædas : ac luto munire plagam oportet, supra aliquid imponendo, ne pluuia dilabatur, sic germinabit, & sobolem dabit mediam retinens ab vtroque genitore naturam, quam nunquam arbores peperere : erit enim malum persicum, & nucipersicum æmula facie representans. Si e mala punica ex vno dulcia, ex alio latere acida videntur. E τ mala pyris odoratis comprehendere iubet Diophanes, & ea mirapidia nominari. E τ mala cotoneis inferuntur, & pulcherrima eueniunt mala, apud Athenienses melimela vocata : vt Diophanes quoq; scriptū reliquit : Et inuicem diuersis generibus cōmixta, citromala limonibus, & medica mala cum acidis, sic semiacida, & semidulcia. Persicum ex sanguineo, & albo, sic mellita mala, & reliqua multifario prouentu euenisse constat. Neq; id vllam nobis admirationē ingerere debet: cū vinum omne viuo sit sociabile: præcipuè quæ in genere conueniunt, cū in vnicam coalescant naturam, & vtrique sine alterius admixtione alimentum famuletur, ita vt fructus nascatur varius, & in vno conueniant, vt fluuij duo simul congruentes, habentes vterque fontem, quæ emanant. Exoritur quoque insitionis diligētia malum, quod foris persicum æmulabitur, intus verò dulcem mentitur amygdalam, quod rectè nominare possumus

*Amygdalopersicum :*

E Persico arbore decerpas turculum, quem si dulci amygdalæ inserueris, inde enatum germen, de-  
nuò

nuò inferueris alteri, idq; ter, quater effeceris, malum dabit intus dulcem nucleum cōtinens: pleraq; poterit ingeniosus artifex componere: mihi viam ostendisse sufficiat. Et aliter, vt

*Vitis botryones albos afferat, & nigros acinos.*

Quanquam prælato possimus exemplo vvas producere, quales proposuimus: quò tamen pleniori doctrina litterarum præauidis satisfaciam, alia apponemus. Palmes idem, vt vnam candidam simul, & nigram afferat, & in eadem vva, acina alia nigra, alia candida, & ea æquè diuisa appareant: Malleolos tres, quatuor, vel plures diuersorum generum, & colorum sumito, facileque auctiles, quos æqualiter compositos, atque arctissimè colligatos, in tubulum, vel arietinum cornu inserito, vt ab vtraque parte superemineant: subter sarmenta resoluato, ac in scrobem stercoreata terra obruito, dum germina agant, rigato: at biennio vel triennio exacto, cum vna compages ex illis coagmentata fuerit, tubulum frange, si cornu iam emarcuit: vbi maximè cohæserunt, ferra præcidito, ac pulueratam terram suprâ exaggerato, vt tribus suprâ digitis truncum operiat, & cum coles germinauerit, vnum relinque, reliquos amputa, ne relictis omnibus, sarmenta succum ministrare nequeant: tunc ex compositarum virgarum coitu, arbor vna exurgit, versicolores vvas præbens. **A L I T E R** ex Didymi doctrina, & leuius satisfaciendum sic putauimus: Sint sarmenta, vt nigrum alterum, candicans verò alterum: & cum putantur, per medium sunt findenda, præcauen-

cauendo, ne quidquam de medulla excidat, & sic inter se iunges diuisa, vt vtriusque oculos æquando coincidât, vt duo ferè vnum fiant : inde arctius ligabis, & glutinosa terra adlinire curabis, ternisq; diebus crebra succedat sibi irrigatio, donec ex vtroque vnicum erumpat germen, vnasq; producat, in quibus diuersi generis & coloris sint acini. Quòd si ex arbore præcisi malleoli non sic facilius coalescant, vel si alia fuerit planta, quæ nequeat in alieno hospitari trunco, cautiùs ad hunc modum operaberis insitionem, nuper animaduersam in vicinis arboribus. Ex arbore, à qua petimus furculum, ad plantam eam, quam inferere volumus, ramulum traducimus, eiusq; ramo præciso, & discisso implicatur, & ramuli locus, qui ex vtraque parte contingit, qua subintrat fissuram, falce deraditur, & extenuatur, & ex ea parte, qua cælum visurus est, cum cortice corticem exæquatam habeat : eius autem ramuli, quem inseret, cacumen, vt directum sit, ad cælum currat, elapso anno, cum comprehendit : vnde propagatum est, ab altero præcidit, & sic ramulus delibratus alieno cortice induitur, obligaturq; vt limbi respondeant. Sic punica & cydonia mala diuersè colorata produnt, & multa, quæ superuacuum duximus enarrare. Sed virgas, quia duræ sunt, malleo præmoliunt, sic anim contusæ, facilius coalescunt. Paratu alio nunc

*Ficus quomodo aquè alba, & nigra fiat,*  
diuersum tradamus modum ab alio, quem Leontius tradidit : ex iis commodiorem elige, quem à  
mone-

monedula aue veteres didicere : cum ipsa semina in hiulcas arborum rimas conderet, inde enata, non solum arbor in arborem, sed discolors baccae vitae sunt, atque eius rei causam praebuisse. Unde ficari grana aibg, nigraeue ficus linteo, vel papyro stricte religato, inde scribito, & cum tempus expostularit, transferas, & ficus nascuntur bicolores, ut pomum parte altera nigrescat, altera vero candicet. Quae narrauimus, semel laboriosa existimauimus: elapso enim tempore possumus sarmetis pluribus sobolem propagare, alias inferendo, ut genus efficiamus raro defecturum. Iam per se quisque multa componere poterit: compositionum enim genera sunt innumerabilia, quae & comprehendi, & scribi si possent, superuacuum tamen esset recensere.

*Quomodo fructus exos, & enucleatus euadat.*

## CAP. III.

VETVS est Philosophorum dictum: praecipue qui selecta agriculturae praeccepta tradidere, si inferendis furcibus, vel viuis radicibus medullam auriscalpio, vel osseo abstuleris cultro, fructum exossem, ac sine ligneis nucleorum putaminibus proditurum, siquidem alitrix ipsa, ac parens est osseae substantiae. Arcades autem huic refragantur opinioni: Omnis enim, aiunt, arbor, cui aliquatenus demta est, viuit: sed omnino si medulla subtrahatur, non solum non enucleatos fructus protuberare, sed vita viduari, ac exarescere penitus necesse est. ratione hac suffulti, cum pars illa humidissima, maximeque vitalis sit: alimentum enim, quod a

F

solo

folo ministratur, transcurrit, dum ad omnes peruenit partes: naturali enim spiritu omne alimētum viuētis, quasi quædam anima, per trunci medullam, veluti per siphonem hauritur: id mōstrat, materies expers medullæ recuruatur, & in orbem redigitur, vsquequò omninò resiccetur: idque prisci pertinaciter reformidarunt. Nobis autem, quos Theophrasti veritatis, & experientiæ commonent placita, multum erit vsui, nec parum commoditatis affert, vt si voles sit, vt Democritus docet:

*Vna vinaccis vacua:*

Sarmentum, vel flagellum. obruendum ex æquo diducito, lapilloque discuncabis à summo capite, hincinde medullam omnem osseo stylo erodendo in parte illa, vel quam abscondet terra: vel quantum fieri possit altè excauato: subinde arcto vimine, vel papyro diligenter alligato humido, ac præpingui solo vnam defodito scrobem, & deponito, illudque fixo ligetur calamo, ne possit intorqueri, sic compages vna, vt prius coagmentatur, & præstabilius fuerit, si quantum sarmentum erit excauatum, intus scyllæ bulbum demerferis: veluti enim glutino quodam adiungit. humore humectat, & calore fouet, vt insitio quædam. vel idem etiamnum eueniet, si inferendo surculo vniuersa medulla subtrahatur. Sic etiam efficies, si cerasus mala sine ossibus producat velis: tenellum adhuc caudicem rescindas, & medullam auferas, seiunctas partes astringe, & luto, & fimo oblinito, dum coalescāt, & habebis: & si hoc longis euenire temporum curriculis tædet, vbi germen

anno-

annotinum apparuerit, ipsam aliis nouellis infere  
furculis, vel suis alias. Producere quoque nos

*Persicum sine offe*

possumus, & nouo insitionis modo. Circa salicem persici plantam serimus, loco riguo, humido, & superfetante: sin minus, aquationibus adiuua, vt lignum turgescat, & sibi, & aduenis furculis succum porrigat superfluentem. Sit salix brachij crassitudine, in medio terebretur, persici capite relicto, ramos omnes amputabimus, ac per foramen saligni trunci inducimus: foramen luto diligenter operimur, ac vinculis astringimus: anno subinde elapso, vbi iam cohæserunt, vt è duabus arboribus vna fiat, quantum mox prominet supra terebrationem & compagem, refecamus, ne eò feratur alimentum: & ab insitionis coalitu succus auocetur, & arbor alia grauata stirpe, adoptatis frugibus incuruetur. Vel capite salicis in terram demerso, in arcus similitudinem flectatur, & coalitis, persicum succiditur, transfertur, & terra exaggeratur: sic persicus salici nupta, & maritata, mira iucunditate sine ossibus fructus pariet. Sic de pruno, ziziphis, tuberibus, & reliquis pomis.

**A L I T E R** ex Africano habebimus: si arboris truncum infernè perforabimus, cunco, vel saligno paxillo adacto, medulla sic excisa, vt exarescat. Dissimili aliquantulum modo idem de

*Cucurbita sine semine*

enienet. vt ex Quintiliorū dictis elicitur: si virgultum cucurbitarum, peponum, cucumerum, vbi increuerit, & elongabitur, vti vitis propagetur, de-

fossa terra inhumetur, vt solum caput erectum superemineat, cumq; adoleuerit, rursus, iterū, & tertio effucito, aquam super disperges, atq; hoc blandimento vbi omnes radices iniectisse cognoueris, & impetrasse, super terram extantes propagines incuruatas per medium secato, postremus verò caulis sine intestinis feminibus fructus dabit, cartilaginibus solum inuolutis. S I C quoque enascuntur absq; feminibus, si tribus diebus, vel plusculis, sesamino oleo maceraueris, antè quàm feminabis. Ex iis quoque docetur, quò nasci possit

*Nux tenella & sine putamine,*

vt Africanus ait: Perfectæ iam nucis vtrinq; frangatur carinæ, vt integer nucleus quadripartitò distinctus, & lignea intercurrente membrana distrahatur, illatâ carne, sic vellere, papyro, vel vitigineis foliis obuolue, ne à formicis nudus erodatur, & tenellos dabit fructus. V E L loco, quo iuglandem plantare destinaueris, scrobem defodito, & pulueratam imposito terram, ac ferale semen pangito: cum enata increuerit, aperi, & in eius medullâ nudæ nucis nucleum calato, & sic habebis longo tempore præoptatos fructus. S I C possumus & Tarentinam efficere, alij Moiluscam vocant: nam & Tarentinam dicunt, quæ est molli, & fragili putamine, vt manibus atrectata, facillè frangatur: Hanc lixiuio per annum sæpè irriga, cinerem radicibus iniice: vt prodidit Damegeron. E T arborem quoque penitus perforans, duras, & masculas nuces friabiles facies. S I C de auellana nuce, & amygdala: antè quàm florem produxerit, ablaqueatis radicibus

eibus, per dies aliquot calida infundetur aqua, & teneras dabunt nuces, vt Africanus ait: fit priori modo, vt nudum nucleum, & friabilem testam afferat, vt non putamine, sed veriùs integatur cute, adeò tenella, vt simul mândatur, & tandem de fructibus omnibus; qui testa integuntur. Possumus idem in

*Myrtum uertere, vt bacca sine nucleolis producat:*

Duobus palmis in gyrum ab ea fodies, ac crebro tepentis aquæ irrigabis imbrem: quod Theophrastus narrat fortuito deprehensum: cum enim neglecta myrtus iuxta balneum nasceretur: sine nucleo fructus dabat, & ab hac semina ferentes, petebant: sic Athenis genus huiusmodi esse incœperat. Sic quoq; de verna retulit euenire malo. Nec Africani dictum prætereundum puto, vt sine granis punicum facias: idq; euenit, si cõspicuum medullæ partem, vt in vite, exerueris, & fissum lignum plantabis, & post tempus supereminentem plantæ partem secabis, quæ situm dabit fructum.

*Fructus dulciores, odoratiores, & maiores quinam fiant.*

## C A P. I I I I.

N O N nullæ sunt arbores, quæ caudicis fissionem, mutilationeq; aliqua, subito aëris, aduenæque caloris intrusu pereunt, corruptione enim ad ima descendente, contabescunt, & exarescunt illico: sunt præterea multæ, quæ non solum plagam, sed caudicis fissionem, terebrationemque sustinent, & ex pauciferis, multiferæ redduntur. vti punica, amygdala, malus, quibus maximè vtimur, vulneratæ enim meliorem, suauioremq; deferunt fructum,



ctum: alimentum enim quantum sufficit, capiunt, indeque noxium defudant humorem, (vt in animalibus sæpenumerò perspicere licet) & reliquum faciliùs concoquunt, dulciores reddunt, & speciosiores proferunt fructus: cùm enim tenui viuunt compage, discissas, ac disiectas partes facilè comprimunt, & coagmētant. Hinc multa subiere experimenta. Sic vt

*Amygdala, & citria dulciora fiant,*

quanquam amara Amygdala salubrior credatur, spernitur tamen, & deculcatur: at eandem, si amarescētem vis reddere dulciorem, ex Africano: Radice quatuor digitis vndique circumfossa, imam arboris partem terebrato, sic continuo defluet pituita, siue inconcoctus humor, quo turget, & dulciorem reddit, & citiùs poma matura defert. S. I c citrium esculentum habebimus, si intestina aciditate mandi non possit: Radix obliquo terebretur foramine, dum noxium plorabit humorem, cùm iam collacrymauit aliquantò, & formata sunt poma: luto vel argilla plagam obtura. V E L crassiorem palmitem cædes, & in palmi altitudinem excauabis, mel superinstillabis, & stramine, cratibus, imbrice, cæterisq; id genus integes, dum Soles, & aquas arcebis; cùm planta vniuersum mel hauserit, aliud rursus infundes, & radicibus lotium adfundes: subolescentes, & extuberantes gemmas, nisi qua parte mella propinaueris, expangito, & eradito; cæteris verò parcito, & dulcia sic habebimus citreta: Et etiam possunt ipsa, vt ait Paxamus, &

*Punica*

*Punica dulcescere,*

si acida fuerint, sic emendando: Circa arborem in gyrum scrobem efficies, mox apertas radices suillo stercore, humano, & veteri rigabis vrina: vel antequam flores pepererit ablaqueatis radicibus feruentem aquam impones, & acidulo sapore placebunt ori. Ex Anatolio mala sic dulciorem efficiunt fructum, si vrina assidue, caprino stercore, & vini veteris fæce radices plantæ rigaueris. Si cypurum dulcem & vberiore facies, è Diophanis cura, si truncum ad ipsam terram perforabis, & cuneum ex quercu, vel fago adiges, & ita obrues. At si libeat

*Fructus, flores suauiores & odoratiores*

reddere, sic possumus, vti melopepones, cucumeres, cinaræ, medica, citria, pyra, vt odoratiora euadant ex Florentino: si qui flores, siue fructus sint figuræ colorisq; iucunditate, gustui & odori non respondent, & si vis non minus saporis odorisve iucunditate, quam formæ lenocinio placeant: nam diximus quomodo fieri possint quando adulti sunt, nunc verò antè quàm serantur: Semina, vel grana triduo mulso, lacte ouillo, vel aqua, vbi saccharon eliquaueris, quod veteres præstare existimarunt, sunt maceranda, & insolata ponenda, & maiorem fructus contrahent suauitatem. Si odoratiores quæris: Semina nardino oleo, succo vel stillatio rosarum liquore, aqua desolutis in ea moscho & zibeto appellatis: vbi aliquantulum madefeceris, iam siccata serito, & suaueolentes fructus mira quidem illius odoris fragrantia de-

libuti orientur, cuius semina combiberint. Sed si feminum cacumina confringes, pauculo ibi morentur tempore. A T si vinum vel vuam odoratam facere iubes, aut vnguentariam; quæ multum redoleat, idq; inuenimus Paxamum tradidisse: Samentum obruendum scindimus, ac odoriferum omne conicimus, vel vnguentum, quod volumus vuam olere, & aliquantulum maceretur eiusdem odoris aqua, & vuam dabit absorpto humore olentem. E T sic odoratus flos, Indicus vulgò dictus, forma, coloreque insigni, & omnes, qui hac labe polluntur. I D E M præstabit, si vniciq; surculo inferendo moschum, vel aliud condatur, eiusdemque odoris redolentes dabit fructus sæpè: sic moschatula visuntur pyra. S I rosam illam, quam à foliorum multitudine, centifoliam vocant, & cãdidam, vis odoratissimam efficere, rosæ infere, quã à miro moschati odoris effluuio, moschatam dicunt: sæpè insitiones reiterando, & non minus forma quàm odore oblectabit. S I lactucam quoque quærimus odoratiorem: semen vnà cum citrij semine feratur. S I Lauri Baccas, ait Varro, excauabimus, vbi cinarę semen condimus, & pangimus, maximè laurino redolētēs odore, & laureatas reddimus cinaras. Iam suaues & oderatos fructus dedimus: Nunc restat

*Fructus omnes augere.*

Vnde si eos voles, & maximè punica fieri maiora: Fictilis olla aquæ plena circa radices obruatur, in ea flos cum ramo sequaci flexu imponatur annexus, nève dimoueatur, arctè ligetur: ollam in

ter-

terram conijcies, & obteres circa ramum, ne extrinsecus afflet spiritus: sic completis fructibus, elapso tempore, miræ magnitudinis pomis exuberabit, & maioribus quàm in arbore vnquã pependerit, nimia corticis crassitie: humorem enim, quem Sol & aër ab eo surripiunt, seruat olla, & coërcet, surgentesque vapores fructus increasant, & auferunt. PUNICI quoque acinos sic augere possumus, vt nimio videantur mirabiles incremento. Punicam iuxta cornum serito, cornique truncum terebrato, ac per foramen, vt antè diximus, immittito punicam, vbi autem trimatum expleuerit, è radicibus separabis, inde cornum iuxta coalitum refecabis, ne aduenæ arbori succum adimat, & euocare possit, aut ne cui magis, quàm insito seruiat: sic enim fructum præbebit, cuius acini, corni fructus æmulabuntur, saporeque insignes, vt speciosiores videri nequeant. CITRIA si maiora voles, ramorum siluam decutito, & refecato, aliquibus parcito, quò illi pauciores relinquantur, hoc mala proueniant ampliora. Si vis autè cucurbitam crassiolem facere, semina è ventre legas, & inuerso cacumine seras: si exilem, ex earum ceruice: si latas, ex fundo. quod iis docet Columella versibus:

- Nam si tibi cordi

Longior est, gracili capitis quæ vertice pender,

Et tenui collo semen lege: siue globosi

Corporis atque utero nimium, quæ vasta tumescit,

Ventre legas medio, sol oleum dabit illa capacem.

Ex Quintilianorum placitis, in aquosos reddes sic

F

;

cucu-

cucumeres: vbi scrobem foderis, in quam cucumeres es plantaturus, dimidiū eius altitudinis paleis, aut sarmentis exple, & aggesta terra plantato, nec irrigato. Sic nimium caulis proceritate, & foliorum amplitudine excrescunt, apium, eruca, porrum, & iis similia, ex Sotionis sententia, si singulis caprini fimi baccis inclusa semina serantur: Vel quantum tribus digitis apprehendere possumus, papyro obuoluamus, ac breui scrobe & stercoreata terra obruamus. Nec iniucundum videre

*Lactucam seminibus multis consistam nasci*

erit: si lactucæ folia, quæ iuxta radices sunt, euellimus, singulisq; gradibus semen condimus, ocymi scilicet, erucæ, nasturtij, & similium, admixtaq; fimo obruimus: enascetur enim ab omnibus coronatus lactucæ thyrsus. IDEM sic efficies: Caprini vel ouilli stercoreis exinanita faba, lactucæ ocymi, & huiusmodi semina vnà condito, ac pingui fimo fabam illam oblitam defossa aliquantulum profunda scrobe demergas, & lætamine superinieccto, crebra irrigatione fecūdabis: sic lactuca, & simul omnes prosiliunt, vnicuiq; seruato sapore: cura vt excrescant. Didymus. Si singulis fabis singula quoque claudantur semina, & papyro vel linteolo obuoluta serantur, idem præstabunt. Et sessilem efficiemus è Florentini doctrina, si radice ablaqueata, vbi aliquid excreuerit, bubulo fimo circumaggeremus, & rigemus, & cum caulem erigit præcidamus, supra mox lapidem, testam, vel superpondium accommodemus, ne sursum aucta feratur, sed in latitudine, & foliis eam habebis in  
vnum

vnnum conglobatis. SI delicatioris quoque saporis eam quærimus, docet Aristoxenus Cyrenæus voluptuarius Philosophus apud Athenæum, ac deliciarum desiderio supra omnes: qui cum gulæ magis indulgeret, vesperi mulso nascentes horto, lactucas rigabat, eoque multum satiabat potu. **A P I V M** si crispis foliis fieri malueris, eius semen pila saligno palo pinsitum & expoliatum linteolo ligatum obruito. **I D E M** sic præstare possumus, si qualitercunque satum, vbi fuerit enatum, incrementum eius peruoluto cylindro, coërceat. **P O R R I** si caput radio, vel acuta arundine punxeris, & cucumerum semē, vel raparum in eorum medio indideris, immissum semen vnitur, & porrum intumescere facit. Eueniet

*Cinara, vt ne spinis horreant,*

vt Varro docet, si pangenda semina lapidis attritu retundantur cacumina: **V E L** si lactucam scindamus in partes, & singulis singula condantur, sic non hispida nascentur cinaræ. **P E R S I C V S** magna quoque poma dabit, per triduum, si florenti ternos sextarios caprini lactis ingesseris.

*Vt crescentes fructus, figuras omnes, vel impressiones sumant.*

C A P. V.

**M V L T A** fortuitus cōmonstrat casus (vti citria sæpè videmus ramorum, foraminum, cælatarumq; rerum occurru, variis scatere imaginibus, impressionibus, & sigillis) quæ ab ingenio pollentibus, non paruo augentur labore, factoque frequenter periculo, accommodantur vsui. vnde carmen:

*Ipsa nouas artes, varia experientia rerum,*

**E**

*Et labor ostendit miseris, vsusque magister.*

Et cum plerosque caussa lateat, miraculi plurimum considerantibus ingerunt, vt præter Naturæ normam euenisse censeantur: nam si testacea vasa crescentibus pomis accommodaueris, validè adollescentes typos replent, & formam induent, quam voles: & si qui fuerint pinsiti colores, locisque debitis coaceruati, fructus vti naturales inficiunt. Vnde sæpè visitur hominis caput in crysomelis candidis dentibus purpurascentibus genis, nigrescentibus oculis, vt omni virore omissò, humanum imitentur caput. Sed conficiendi hinc patet Africani

*Modus:*

Si humanum caput, equinum, aliorumve animalium mentiri affectas, magnitudine perfecti fructus argilla, gypso molli, ac siccescente formabis, & styli acie findito, vt archetypum eiicias, vt iterum possint aptè coniungi. si lignea erit persona, sit intus excauata: si ex argilla, vbi torrueris, & fructus validi sunt incrementi, fictilibus typis (aperto loco, quo petiolus intromittatur) claudantur, ac forti ligentur vimine, ne pomi auctu aperiantur, idq; ab ipsis eorum incunabulis, & in eam adollescere, vbi impetraueris, & ad debitam fructus fuerit restitutus magnitudinem, figuras & effigies dabit, quas effingere placuit. valetque id maximè in cucurbitis, pyris, strutheis, vt placebat Democrito, citreis punicis, & malis insans. Ex Quintuliorum placitis scriptum video: Si arundine in longum fissa excauabimus internodia, in ea nuper cucumeris,

vel

vel oblongæ cucurbitæ partus editi includantur, improbo crescens auctu, arundinem implebit, in oblongam, & teretem figuram nimium protensi. Quod si inter duos discos compressam apposueris cucurbitam, in orbem planum excrefcit, & maximè figuras præstat omnes, quibus cogitur. Si in vitilem vaginam postquam defloruerit, coniecero, reuolutam ostendet anguis figuram. Possumus quoque & hoc modo:

*Lineamenta malis imprimere;*

Si excocto gypso, ac liquidiore aqua redacto, supra cidonij mali, vel punici cortices, notas graphio descripseris, cum ad debitam ipsa creuerint crassitiem, atque decerpseris, graphidis vestigia depressa extabunt, ac refricata nobis erunt conspicua. Si quis verò in ficum alicuius rei effigiem delineare voluerit, osseo, vel ligneo stylo in ficulnam oculum, vel primum ficus rudimentum scribat, cumque creuerit, ponium dabit iisdem imaginibus insignitum. Vel ALITER ex Democrito: Si in oculum inscribis, quem infoliaturus es, & ficus euenient scriptæ. inde quoque didicimus, quânam fiat,

*Amygdala, vt inscripta nascatur:*

Amygdalâ biduo vel triduo macerato, vel rhodaceni officulum, vt Democritus monumèris mandauit, inde leuiter testam confringito, ne lædatur nucleus, & in eo quidquid libuerit, aliquantulum profundè scribito, inde claudatur papyro, vel lineo deuoluatur panno, ac luto circumlito, stercore fecundato, & adulta inscriptos dabit fructus Africani:



ni: quod idem in reliquis eueniet pomis. Nunc autem superesse video

*Mandragonam fingere :*

Factitiam illam, quæ sæpè mulierculis ab impostoribus, & circulatoribus veditur: Bryoniæ radicem habeto ingentem, acutaq; scalpri acie fœminam, vel virum effragito, adiectis genitalibus, cum absolutâ noueris, inguina, vel pilorû loca stylo perforato, ibi milium, vel aliud condito, quo radículas proiciens, pilos imitetur, breuique effossa scrobe, tam diu ibi finito, quàm diu & cortice quadam fuerit induta, & radículas proiecerit illas.

*Vt flores inuicem, & fructus à diuersis coloribus desiscant.*

C A P. VI.

IN promiscuo florum, & colorum coitu, & metamorphosi, adeò versicolores iucundis oblectant coloribus, vt nil delectabilius oculis occurreret nostris. nunc quæ saturata rutilat purpura, in ceruleum com meat: nunc, quæ lactea, in luteum languescunt, viride, phæniceum, ac diuersorum colorum commixtu delectent, in quorum contemplatione mentis acies, amœno demulcetur fructu, rerumque obruta magnitudine miratur, vt percipiendi excellentiæ multò inferior conspiciatur. Vt hoc ergo efficiamus, vnus quanquam effectus, multæ tamen viæ, vti insitiones, rigationes, quarû aliquæ ab antiquis traditæ, multisque præterea, nec prorsus excogitatis, superauiimus. Et insitione primû doceamus, quomodo

*Rosa, & iasmes flauescant :*

Quia genistæ flos inter cæteros maximè flauus enitet,

nitet, nos eū rosa & iasmino æmulari quærimus, & sociatio, cum non sit iugabilis per surculum; vel infoliationem, ideo rosam iuxta genistam ferimus, eam cum genitali terra transferimus, adeo & libentius in sinu parentis, quam nouercæ adolescentis, ac terebramus plantam, cumque plagam purgauimus, rosam vndique abrasam inserimus, luto circumlinimus, & ligamus: mox vbi crescentis trunci vi fuerit coercita, à radice separabimus, & supra infitionem truncum rescindimus, sic rosa non illepidam venustate deflauescet: sic iasmes apud nos adeo eleganti, lucentique colore lucet, vt oculorum aciem perstringat. Sic vndiq; diuersis quibuslibet coloribus delectat, quibus scilicet adoptabitur. Simili ferè modo

*Yenonica coronaria flos in caeruleum comæat.*

Quem multi ab odoris garyophyllorum iucunditate, garyophyllum nominant: vtrum tam celebris flos, qui odore, colore, pulcritudine rosa non sit inferior, antiquis fuerit agnitus, vel silentio inuolutus determinare inconstantaneum videtur, & quia prædicto exemplo aliquibus idem difficile videri poterit, voti sic fiet compos: Intubum, vel cyanum, sed melius intubum erraticum antiquum, crassum, & pollicarem excedens latitudinem, radice tenuis secamus, ac per medium findimus, vt in encentrifimo, & sobolem floris radice vultam infigimus, vimine constringimus, ac terram putri fimo circumaggeramus, sic florem pariet, qui cyaneo blandietur colore, quo gratius nil oculis visitur. S I C, si Anchusæ radici album aliquem  
infi-

infiges florem, purpureum habebis, inde in puniceum vergentem. FLOS idem, rosæve si sulphuris imminet suffimentis, diuersis videbitur coloribus tinctus. Nunc perferutemur, an fieri possit

*Rosa aliter viridis, lutea, & cærulea.*

Id sic exequemur: Floris caudicem vti rosæ iuxta radices, & ramos omnes findimus, & colore vberim infarcimus, si viridem ærugine, si cæruleum indico, vel lapide sic dicto, si flauum croco, prius tamen in pollinem reductis: præcaue tamen ne aut pigmenti, vel alterius rei huiusmodi quidquam immisceas: enecat enim virus plantam, mox stercorea, & liga, & colore florem inficiet, secum ducens nutrimentum. Possumus ALITER & rigatu idem efficere, versicolorē: Si cadis, vel fictilibus vasis flores plantabis fœcunda & cribrata terra, & bis in die colorata irrigabis aqua, colore, quo florē quæris, noctu locis condito à frigoribus tutis: vbi verò Sol tepens fuerit, in apertum reuoca, & apricari sine. Aquam colorabis non noxiis, sed conferentibus: vt si cæruleam: rubi mora, qui per dumos repit, colligantur, quæ satis fore credideris, matura, & quæ manus atro colore inficiunt: in umbra siccentur, iis aquam iuficito: si flauam: mora sint immatura, & de aliis idem facies: quæ irrigamus, sic tingens & penetrans, vt tinctus nascatur flos: SI, discolorēs eisdem optamus fieri, diuersis aquis, diuersis pariter & temporibus irrigato. Sic quouis alio liquore irrigaueris: nam quo fuerint delibuta, par est eum referre. ET IDEM possumus efficere, vt in fructibus docuimus: Diner-  
lorum

forum gemmas circumcidere oportet, & eas diuidere, & in alicuius corticem inferere, illam findendo, & præparatum emplastrum aptare, vt delibratæ parti conueniat. Sic quoque vt

*Lilia rubescant*

docebimus, vt prior docuit Florentinus: Si bulbos diligenter aperimus, ibique affatim cinnabaris infundatur, vel aliud, maximeque eo satietur intinctu: sedulus tamen esto, ne bulbos faucies, & pingui, & stercoreato solo operire, sic purpurescencia dabunt lilia. **V B L** sic purpurea, & florida formabimus lilieta ex Anatolij, & maiorum lectione: Iulio mense, cum probè defloruerint, cauliculos decem, vel duodecim in scopas colligatos, vnâ colligito, fumo suspendantur, sic è caulibus nudos nodulos remittet, bulborum similitudine, Februario mense cum pangendi tempus aderit, cauliculos ipsos nigri vini fæce macerato, cum purpureum colorem intinxerint, scrobiculis serito, largius singulis eadem fæce affusa, & cum dehiscant, saturata florebut purpura. Iam flores inficiendi rationem docuimus. nunc de fructibus verba faciemus. Et primò vt docet Florentinus

*Poma, vt insitione eueniant rubra :*

Si citri mali vel pyri surculum rubro inseramus moro, inde enata rubra dabunt poma. **S I C** Rhodacena insigni colori sanguinea ex mori insitu euenisse constat. **S I** autem aliquantulum rubicundiora optas, ex Democrito discito, qui circa plâtas rosas serit. **I D E M** aliter docet: Obrutum persicicos post dies septem detegitur spate, cinnabari in-

Staatsbibliothek

MÜNCHEN

fundatur, rursusque obruatur, & rubra habebis persica. Et si aliter colorare queſieris, alium coloré infundere libeat: sic cetera, quæ conspiciuntur. Et mora ipsa si alba reddere optabis, in albam inferantur populum, vel inoculentur, & albescētia dabunt poma: vt tradit Beritius. **S I C** moscatulam vnam nigram vertimus, si super nigrā inferimus vitim: nec parum color oblectabit. **S I C** appia mala possunt nigra verti, si hæc supra illud inferueris malum, quod à fuscidine pyrum dicimus. **E T** mala ipsa purpurare incipient, ait Beritius, si vrina continuo rigeatur. **E T** punica rubicundiora efficiemus, si aqua & lixiuo quotidie arbor saturetur, vt scriptum reliquit Diophanes. **P V N I C I** candida grana sic fient: Si cum argilla, & creta quartam gypsi partem permiscebis, & eius radicibus adiunges, idque triennio seruabis. possumus & alio

*Idem artificio producere,*

nimis incommodè, sed exponam: fortassis vsui fuerit legisse, vt ex Beritij quoque scriptis legitur: Ramos malis oneratos iuxta radices fixo palo religant, & in propinquo vasa aquæ plena, hinc inde dimouendo dum feruidus solis meridianus radius in aquam incidens, reflectatur, & calido vapore in mala resiliens, purpureum conciliet colorem.

*Varij fructus, & vna medicata.*

C A P. VII.

**V E T E R E S** illi summo studio, diligentiaque sunt

sunt enixi, quoniam modo diuersis antidotis vinum conderent, vsuique, si opus foret, accommodarent, neque hoc iniuria factum, vt nil commoditati præstantius: & monstrat, quod eorum pars maior multa memoriæ prodidit, & curiosius, quam pat fuerit, mirabilia dictu, operatuque facilia: quorum commemorat Theophrastus. Apud Heracliam Arcadiæ fit vinum, quod epotum vires dementat, & mulieres infœcundas reddit: ei simile, quod in Træcensi agro ab Athenæo comprobatur: Et apud Thrasum vinum fit somniferum: Et aliud arte quadam conficitur, quod epotum vigilantiores facit, variæque vinorum condituræ, quas apud diligentes rei medicæ, & agriculturæ scriptores inuenies: nec scitu difficiles, nec iis arduum fore credo, qui simplicium vires nouerint, & coniectura consequuntur: ea denique operantur, quæ ex loci eueniunt proprietate, & vtilissimum fore puto, vt iis adhibeantur, qui medicamenta timent, & horrescunt, vt prius iucundè absorbeant, quam odisse velint. Sitque primò

*Vitis Theriaca:*

pangendum sarmentum, vt docet Florétinus primo & secundo Georgicorum suorum, radice tenuis quatuor digitorum latitudine sit ima parte fissum, ablatis medullis, ipsius vice veratrum inferatur, ac stricto deligetur vimine, & terræ mandetur: vvas hoc modo dabit, quarum esus aluum præmollit, & euacuat. V E L, si efficacius vis vacuent, eadem sarmenta antidoto satiata, scyllæ bulbo inferendo terra recondito, semper medicamen-

tum infundendo assidua suffusione, & succo satietur in bibendo, ne tam citò senescat vis. S I autem propomata sponte vis nasci, vt Palladius docet: E vitibus ipse sarmenta ponas in vas aliquod semiplenum portionibus, vel conditis ablynthiatis, vel rosatis, vel violatis: inde terram simul resoluas ad lixiuij modum, donec sarmentorum oculi in germen nouæ frondis erumpant, tunc sarmenta ea, quouis loco vitium cæterarum more depones, & tales dabit fructus. V I N V M Phthorium, id est, quod partus enecet, & abortus faciat, sic fiet: Scammonium, vel niger elleborus in vite inferatur, terebra vitem pertundito, & vitigineos ramos illos, quos voles, & fiet. V E L, circa ipsam agrestis cucumis feratur, inde vim detrahens, & combibens: Vel si vino veratrum maceramus, idem præstabit, & sic diuersarum mixturarum vires adsciscit. Et

*Ficus,*

quarum esus, aluum leuigat, habebis, si radicibus veratrum cum rithymalo tritū inieceris, vel inferueris, alia dabit poma. Nec ignorandum sæpius transplantata, & insita antidotum elanguescere, tu denuò semper addito. M I R E aluum inaniunt cucurbitæ; & cucumeres, si eorum semina antequam seras triduo, vel biduo dictorum succo maderint, & enati cucumeres hoc præstabunt. S I O Habebimus

*Pruna purgatoria, & somnifera:*

Si somnum, & alui deiectionem moliri affectas, sic fuerit præstantius: Ramum, vel totam plantam terebra,

terebra, inde scammonio, vel opio impleas, papyro, vel corticibus rectè inuolutâ relinquito, cumq; matura fuerint poma, ventris deiectionem, & somnum molientur. **V E L** si citiùs idem affectabis: Caricas ficus, quas Ischiadas Græci appellant, & passas uas vino vel aqua per diem maccra, dum tumescant: vbi priùs scammonium, vel opium dissolueris, & si amarorem quendam recipiunt, dulce aliquod admisce, & insolatis vitor. Sed de vinis hæctenus medicatis.

*Florum & fructuum conditura.*

C A P. VIII.

**T A N T A** est siderei caloris inconstantia vis, ut omnia quæ ambit, & sublunaris complectitur mundus, ad finem tendant, nec à motu desistant: sed non adeò hominum mentes caligant, hebescuntq; sensus, quin multa ferè innoxia euadant. & si gratæ fructus figuræ, iucûdi saporis, insignisq; coloris lenocinio venustauimus, ne tam celeriter eorum depereat gloria, cæliq; improbus variantis motus tabefaciat & exanimet, sic constantes reddes cõtra tenorem algoris, æstusve: nec fies inglorius, si pro viribus ambientis aëris, & per cûcta meabilis ab iniuriis vindicabis, qui naturæ agnatione calidæ, quod in pomo reperit, allicit, ut se miserum innata prius frigiditate laceffitum, quàm naturalis abrepti caloris exinanitum sentiat, eoq; flaccessente, siccescit. Plurimum quoq; ad hoc confert loci situs: Fenestras ergo patentem, Septentrioni dirige: claudendæ enim sunt, quæ ad Austrum

G 3

vergant:



vergunt. Austri enim afflatu rugis deturpantur, non tamen sine foriculis, ne pertinaci vento, cum humorem amiserint, vieta fiant, vel putrilaginis labe putrescant poma. Nunc etiam tradamus modum in floribus, fructibusque. Et primo ex Anatolio, & reliquis. Ut

*Rosæ, & Lilia vegeta seruentur :*

Legantur rosæ, reliquique flores, non iam fatiui, cum iam patefacti perennant, sed flore iam dehiscente, cæsura in liquidam picem immerge, & arundine fissa condantur,, ritè picentur, & sub dio obruantur accliu loco, ne labens aqua pluuia noxam afferat. **V E L** arundinem iam viridem findito, rosam, vel florem intus condito, & fissuram vt coëat curabis, sic ouans habebis, quod optas. **L I L I A** vt talia inueniantur, qualia cōdantur, id facito. Cum occlusa sileant, decerpas, prius quam dehiscencia se pandant, & arundinibus vel lagunculis operis, & bene picatis, ne expirent, recondantur : sic cum exegerit vsus, relaxato spiramento, detrahens, nam vegeta toto anno seruabis. Vel sic **A L I T E R**: Vas fiat quernum, hoc floribus reple, & rosas, quæ nondum oscitent, bene operculato, & picato, ne intro fortasse aqua permeet, putei, vel cisternæ aquis immergas, vel currentibus, quò minus putrescant, ibique anulum durabunt virides, occlusi : cum omnes dehiscant velis, pediculum in malum figito, aut aceto immergito, Soli ostendendo. Nunc modum tradamus, quomodo

*Poma in vigore diu maneant.*

præcocia, pyra, mala cotonea, sed mustea spernenda, si.

da, ficus, tuberes, & zizipha cum suis frondibus  
 legito omnia immatura, non tamen percruda, ca-  
 duca sunt separanda, vndique diligenter inspicien-  
 do sintne integra, nec manibus quassentur, incisos  
 eorum tenaces calida cures amburi pice, parum  
 tangendo, nam facilius principium putrefactio-  
 nis exhiberent: inde canabi stupave inuoluendo,  
 feruenti cera circumline, & circumlita melle de-  
 mergantur, vt sint omnia submersa, & separata  
 custodi, ne simul commisceas, ne se mutuo con-  
 tingant: alterum enim ab altero corrumpitur oper-  
 culo imposito, operculatumque vas pellicolato,  
 & per annum viridia semper habebis: & sic omne  
 pomum in melle seruari potest, quod iam vetustate  
 reponitur. A T virides ficus seruare docet Africa-  
 nus: Ex viridibus cucurbitis e lateribus eximito  
 partes, quae spleniis existunt similes, & excava  
 velut loculos & vaginas, inde in singulis, singulas  
 ficus appones cum petiolis, vt durabilius integræ  
 sint allatae, quippe quae diutius durent integræ,  
 inde obturato, & vmbroso suspendito loco, ne i-  
 gnis, vel fumus inspiret. V E L mala in vigore di-  
 cerpta conditiua e Sotionis sententia, si gypto sub-  
 acto illeueris, vel figulorum creta singula crusta-  
 bis: vbi occalluerit, incolumia diu seruabis, cum-  
 que vti libet, dulci aqua perluito. V V A S quoque  
 sic immarcessibiles habebis: si singulis fictilia va-  
 scula pensilia apposueris occlusa, in imo vero per-  
 tusa, & imposito cespite pluuiam arcebis muniens,  
 ne truco vel mutuo rumpatur, vel alio munimine  
 ambito. S I C pinsito vitro si circumuoluantur, &

obruantur, longo tempore conseruantur. Multa quoque in picatis dolis musto immerfis. SIC myrteas virgas cum baccis, & ficulneos ramos in amurca seruabis. At si vis

*Poma in arbore diu immorari:*

Ramulos intorqueri iube, ne maturefcens humor in ipsa dilabatur, & ea incolumbia seruabuntur contra æstiuu caloris blädimenta: tali maximè pacto punica seruantur: ne hiantia dispereant. Ali- ter seruamus

*Sorba & pyra.*

Paullo amœniùs lecta, sed duriora, non decidua, fictilibus vasis condito, & operculato, quæ picari pariter & gypsari facias, bipede effossa scrobe in- uerso ore obruito, superinducta terra, spissius su- pra pedibus calcata, decliu loco, per quem peren- nis aqua decurrat. At

*Vuas & punica*

Seruare si volueris: sint vuæ duracinæ, & illæfas legi iube, ne sint acerbitate duræ, neq; maturitate defluentes, tactu molli cum iucunditate calloso, & si qua sunt putrida, refecari debent: sic in feruē- tem aquam dimitte tempore exiguo, ne excoquā- tur, sed temperamento quodā opus est: dein sub- lata in vmbra suspendantur. Neque hoc præter- mittedo, quod aduertit Columella, vt seruari omnis possit vua: decrescente Luna post horam quartam, cum insolata iam est, nec roscida, viti de- trahatur, & seruetur. Si vis

*Vua in vite vt seruetur,*

ex Beritij præcepto: Iuxta vitis radices vmbroso  
& ac-

& acclivi loco, vt facile pluuia aqua dilabatur, scrobem ad erecti hominis altitudinem effodito, arenam pauimento consternas, vt siccitate melius cōferuet, supra calamos & hastilia defigas, & sarmen-  
ta laxans illesis botryonibus assidue obtorqueto, & adnectantur, dependeantq; ex ridicis, ne pauimentum tangant, & cōignatione tegito, vt eo imber penetrare non possit, & reseruatur vsq; ad ver, perpetuum annum clauia. Rebus his finem imponendo, remanet,

*Arbores necare*

Si volumus, sic possumus: Corticē in orbem detrahimus, cortice enim spoliata interit omnis arbos, sed tardius & celerius: vt tilia, & robur ocyūs, tardius autē infirmiores. Refert quoq; quibus fiat anni temporibus, Martio, & Februario statim emoriuntur, hyeme autem robustis arboribus diuturnior est interitus. At subere corticem detrahere oportet, ne deterior fiat. **S I C** Pastinacæ marinæ radius omnium caudici præfixus occidit. Et menstruatus pannus radicibus admotus, præsertim iuglandi nuci, vt placet Democrito. Platanus autem circūdolata, quæ in Antandro & Philippis euenerat, si reuixit, & cortex iterum circūtexit, fuit pro ostento habita. Aruspex enim tunc persuasit, vt sacrificatent custodirentq; arborem, vtpote factam ostento fausto. **N V N C** verbasci proprietatē quādam enarrare superest: Māne cum flores aperit, si planta leuiter concutitur, paulatim flores siccescētes desuunt ad terram omnes, nec fuerit, qui id inspiciet, quin magicis precaminibus euenire credat,

G ;

credat,

credat, si quis decusserit, inania quædam obmurmuret verba. Ex omnibus quæ adhuc narrauimus coaceruatis, vnâ nouimus arborem, sæpè ioci gratia deliciarû horti arborem dictam: erat enim crassitudinis & proceritatis non ingrata, apto vase cõsita, præpingui, riguo, & superfoetante solo, vt tum plantæ vigo re, tû humi vbertate, frugalitateq; insitis alimentû suppeditaret. Erat trifurca, in vno vnâ vinaceis vacuam, discoloram, & medicatam gerebat, quarum altera soporem, altera alui deiectionem moliebatur. Affert secûdus ramus persicum, ex persico & nucipersico interuallis pluribus æquè distinctum, exossem, & ramulo nunc persicum, nunc nucipersicum protuberans, si aliquod pomum nucleum habebat, dulcem vt amygdala dabat, & nunc hominum, nunc animalium faciem ementiebatur, diuersaque demonstrabat lineamenta. Dat alter cerasia exossa, acida, dulciaque, dat mala aurea, cortex floribus, rosisque cõsita, fructus debitam omnem superantes magnitudinem, dulciores, odoratiores, verno tempore efflorescentes, debitum vltra tempus fructus producentes: diutiusque immorabantur, continuæ fræcunditatis orbem perpetuum annum ministrabant, per quosdam gradus poma sibi succedebant, futura interpolabatur, brachia ponderibus inclinata procumbebant, & denique sic cælum faucebat, vt pulcriorem non conspexerim. De huiusmodi re iam satis: longius enim euagati sumus, quàm par fuerat, quorum aliqua ex maiorum monumentis excerpimus, tempori regionique accommodantes,

tes, quæque multis erant experimentis cognita, multis præterea ingeniosis, & vtilissimis auximus.

*Diuersa ignaria parandi ratio.*

## CAP. IX.

FORTVITO euenisse narrat Vitruuius, quòd diuersæ arbores, crebræq; ventis, & tēpestatibus exagitatae attritu valido ramos terentes, collisis inter se partibus, & rarefactis calorem euocant, & ignem excitarint, vnde magna succescit flama, efferati, & agrestes homines inde perterriti terga fugæ dedere, sic iam sopita flama, propius eum accessissent, & magnā inde humanis corporibus perpēdissent accedere commoditatem, ignem conseruabant: sic vrbauitatis, consuetudinis, & sermonis causas præbuisse, inde pastorum in solitudinibus, & militū in castris explorauit necessitas, diuersa quomodo parari ignaria possint, cum semper abstrusum ignem ad excutiendum, silicis occasio non detur, & docuerunt, quænam ligna essent vsui accommodata: & quanquam terebrum & conceptaculum ex eodem fieri nonnunquam eueniat, tamen ex vno, quod agat, atque efficiendi vim retineat, ex altero verò, quod patiatur, ex molli vno, forti altero faciundum censent.

Exemplo

*Ligna, quæ attritu ignem concipiunt,*  
sunt, quæ maximè calida, vti laurus, rhamnus, ilex, & tilia: Menestor verò morum addit: & conijciunt, quòd ascias ilicò retundant, & hebetent, ex his omnibus terebrum faciunt, vt attritu acrius  
resli-

resistat, & pertinaciùs opus expediat, conceptaculum verò ex molli: vti hedera, ferula, siluestri vite, & similibus arefactis, & penitus humore omni exinanitis: ad summum ea deteriora ad ignarium vsum veniunt, & reiciuntur, quæ vmbrosis contectisque locis assurgunt. Et sic commodiùs expedies: nec referre arbitror, si laurum lauro, vel hedera enudata, ferulam ferula confricaueris; &, quod præstantius est, fune super eam celeriter & vehementer moto, & vbi fumum eleuabit, adiecto minuti sulphuris momento, fomitem admoueris, vel arida nutrimenta, quæ ex materia parabis aridi fungi: foliorum excocti velleris, circa tussilaginis radices reperti: ocyùs enim ignem concipiunt retinentque. Ex ignariis olea vt inepta reicitur, pinguiori materia, & immodico humore referta. At cum hominum mens rarò in eisdem repertis subsistat, sed nouis reperiendis, altiùs viam inuestiget, eius industria repertus est

*Lapis ignem humido quouis excitans,*

Huiusmodi faciendi ratio hæc est. Magnetem lapidem in ollam, vel aliud consimile vas conice, viua calce immersum, meliusque fuerit, si colophoniam adieceris cum calce pari: cum vas expleueris, sigulari creta circumlito spiramento, fornaci inditur donec percoquatur: inde detrahatur, & in nouam ollam coniciatur, creta denuò illita imponatur fornaci, alternis eadem proseguendo, dū vehementer inalbuerit & torrefiat: cum opus fuerit, aqua vel salina superinfusa flammam eleuabit: quia sopita, loco calido ad vsum recondito. Est quoque

*Alia*

*Alia faciendi ratio:*

*Si viui sulphuris, salnitri vocati repurgati pari pōdere, caphurę duplum, nouę calci addantur, ac omnia mortario conterantur vsque adeo tenuia, vt in auras euolare possint, simul strictē linteolo deligata conuoluantur, testaceo vase clausa, super illita argilla, feruenti desiccantur sole, figulorum imponatur fornaci: cumque figulinum vas fuerit excoctum, in quo maxima est adhibenda diligentia, in lapidis duritiem coeunt & rediguntur, extracta ad vium ministrantur. Sic*

*Aliter idem*

*hoc efficies: Sumatur magnetis lapidis prænarata calx, salnitri sæpe purgati quadruplum, æquali pondere caphura, viui sulphuris ignem nondum experti, & terebinthinæ resinæ oleum, & vini fæces concretæ, quas semper tartarum vocabimus posthac, hæc omnia mola, vel pila trita cribrentur: quæ infracta supersunt, denuo terantur, cribrenturque: insuper austeri vini ardentem aquam paratam habeas, eamque infundas, vt supereminet, vitreo vase condito & operculato, ne halitum exipret, fimo supponatur duobus vel tribus mensibus, denis vicissim diebus innouādo, donec mellis crassamentum imitetur, nec vllum diuisionis iudicium præbeat, flagranti inde carbone inferuescat, dum humiditas omnis euolet, & penitus siccata in lapidem coeat. Si hoc cognoueris, vas frange, & exemplam iterum terito compositionem, aqua vel humore aliquo leniter superinfuso, flama erigetur, & inter omnes principem hæc sibi vendicat locum.*

*Quo*



Quomodo quoque speculis ignis accendi possit, a-  
liæ ratione inferius dicetur, cum de iis agetur.

*Varia ignium compositiones.*

C A P. X.

NEC spernenda, vti non necessaria, nec visu  
existit iniucunda artificiosa ignium compositio,  
nec multum à superioribus degenerat, de qua nos  
aliqua narrabimus experimenta, quæ quâquam ab  
ignaris & idiotis tractetur, subtilitatis tamen plu-  
rimum habent, nec ea recensere pigebit. Et primò

*Ignis mixtura, quæ sub aqua ardeat.*

quomodo autem fieri possit, latè patebit: multi-  
faria est enim earum compositio, eaque dicemus,  
quæ paratu facilia cum sint, citius opus expediunt.  
Puluis primò paretur pyrius (vt dicunt) ad belli-  
cas machinas, quibus ab ardenti, quasi bombo,  
nomen bombardarum est inditum: hic mixtiones  
horum subintrat omnes: vtpote basis & funda-  
mentum: cui adiciatur tertia colophonix pars,  
communis oliuarum olei quarta, sexta autem sul-  
phuris, ritè permisceantur, ex omnibus resiccatis  
periculum sumunt, si valentiùs vritur quàm quæ-  
ritur, colophonix & sulphuris, si remissiùs, pulue-  
ris dicti plusculum suggeratur, horum mixtura in  
stramentis, & linteis obuoluatur pannis, vel lo-  
culis ex iis confectis strictiùs quàm possit, inde  
funiculis & ligaminibus obuolutam feruenti im-  
mergunt pici, & resiccari curant, ac denuò strami-  
nibus muniunt, illinunt pice, vt eam ab aquæ  
humiditate tueatur, nec ignis vi disrumpi sinat.

vbi

vbi autē ritè fuerint insolata, paruo foramine per-  
 uia, ignem immittunt, & ardere incipiente, paullo  
 morantur tempore, tum proiiciunt in aquam, nec  
 se ab ea extingui sinit, nunc fundum, nunc aquæ  
 superficiem petens, & in ea obuoluitur. Nec dis-  
 plicet, vt naphtham adiungant iis, quam petroleum  
 vocant: rapacissima enim ignis est, eoque longè  
 viso desilire cogit, vt magnes ferrum, & combu-  
 ritur. Multumque bitumen hoc in aqua ardet,  
 quod à natura artifices mutuati sunt, nec balneo-  
 rum semper ebullientium alia reddi potest ratio,  
 nisi quòd bitumine intus ardeant, & aqua depa-  
 scuntur, quæ continuæ sit causa ebullitionis. Bel-  
 lica sæpè instrumenta huiusmodi compositioni-  
 bus replentur, inde igneas quasdam emittunt pilas  
 eminus, & disrumpuntur. quas sic parant: Pulue-  
 rem hunc obuoluunt stupa, ac mixtura, quam di-  
 ximus, illinunt & implicant, & concauas machi-  
 nas replent puluere, pilis, & mixtura vicissim in-  
 sperfis, igneque admoto, in hostium congressibus,  
 pilæ per aëra proiiciuntur accensæ. QVOD olei  
 vicem expleat, & ardentius exuratur, immittunt a-  
 liqui suillum adipem, anserinum, sulphur ignem  
 non expertum, quod Græci vocant *ἀπυρον*, sul-  
 phureum oleum, & naphiticum, salnitrum sæpè  
 purgatum, ardentem aquam, terebinthinam resi-  
 nam, liquidam picem, quam omnes Kitram vo-  
 cant, vulgò dictam liquidam vernicem, vitellorum  
 ouorum oleum, & aliquando vt molem his ad-  
 dat, & liquida inspisset omnia, lauri scrobem im-  
 miscent: iis vitreo vase oclusis, illud sub fimo con-  
 dito,

dito, per menses duos vel tres, alternis semper diebus innouando fimum, & remiscendo, exēptæ inde compositioni, si ignem adieceris, ardere non desinit, nisi tota fuerit absumpta: aquæ enim adspersione non restinguitur, immò accenditur: veruntamen luto, terta, puluere, & omninò quibusuis aridis suffocatur, si cassidi, clypeo, & armatis hominibus inieceris, igne candentes reddit, vt comburi cogantur, aut arma exuere. A L I V D trademus, quod valentioris est operationis, terebinthinæ resinæ, picis liquidæ, & vernicis, inde picis, thuris, & caphuræ pares portiones, viui sulphuris sesquitercium, salnitri purgati duplum, ardentis verò aque triplum, & tantundem naphthici olei, sed salicis pollinis carbonum pusillum adicias: hæc simul conficiantur, & in globulos effingito, vel ollulas reple: sic exurit, vt extinguere sit vanum. Alia inter has reperitur

*Ignæ mixtura, quam Sol accendere potest.*

Maximè autem feruens in meridie, & id præcipuè illis regionibus, vbi Sol flagrat, vel sub caniculæ ortum, nec aliunde euenit, nisi accendibilium rerum compositione, hanc tamen sedulo parabis, qualis est, quæ ex his constat: Caphura paretur, inde viui sulphuris, terebinthinæ resinæ, iuniperi, & vitellorum ouorum oleum, pix liquida, colophonia in puluerem redacta, salnitrum, & omnium duplum ardentis aquæ arsenici, & tartari pusillum: hæc omnia bene tusa, & remixta, vitreo condas vase: quod per duos menses obrutum immorari oportet, fimum semper innouando, & remiscen-

miscendo, eodemq; , vt docebimus, eliciatur aqua vase, hæc inspissetur, vel nostro puluere, vel stercore columbaceo, & tenuiter cribrato, vt strigmeti formam habeat, ligna delinito, vel aliqua combustibilia, & æstius Sole vtor diebus. Hæc omnia Marco Graccho ascribuntur. Vim retinet comburendi maximam columbaceum stercus. Refert Galenus in Mysia, quæ est Asiæ pars, sic domum conflagrasse: Erat proiectum columbaceum stercus, in propinquo fenestram tangebatur, vt iam contingeret eius ligna, quæ nuper illita resina fuerant, cui iam putri, & excalesfacto, & vaporem edenti, media æstate cum Sol plurimus incidisset, accendit resinam, & fenestram, hinc fores aliæ resina quoque illitæ, ignem concipere, & ad tectum vsque submittere incipiunt: vbi autem à tecto semel est accensa flammâ, celeriter in totam grassata est domum, cum maximâ habeat inflammandi vim. Præterea

*Ignem, qui oleo extinguitur, & accenditur aqua,*  
 fieri si opus sit, ea sunt consideranda, quæ facilius in aqua ardent, vel in ea sponte accenduntur, vt caphura, & viua calx. vnde si cera, naphta, & sulphure mixtum composueris, ignemq; concipiens, vbi oleum inieceris, vel cœcum, extinguitur: reuiscit enim, & maiorem concipit ignem, infusa aqua. Hæc sunt compositione faces, quæ fluminum traiectu, & pluviosis locis non extinguuntur. Narrat Lilius, vetulas quasdam in eorum ludis, accensis factibus, ex his confectis, Tyberim transisse, vt miraculum expectantibus, & cernenti-

H bus

bus ostentarent. Hinc pro itineribus fiunt.

*Faces quæ ventis non extinguantur.*

Quod è sulphure euenit: difficilliter enim extinguitur, vbi flamam concipit: vnde faces cera, & sulphure vicissim oblititis, & confectis, ventis & tempestatibus innoxie feruntur. P R O ducendis autem exercitiis, vel necessariis rebus aliis, vtuntur tali: Earum ellychnium salnitro ebulliunt, & aqua, & exsiccatum sulphuræ, & ardenti madefaciunt aqua, inde candelas hæc efficiunt mixtura: constat enim sulphure, inde caphuræ, & terebinthiæ resinæ medietate, colophonix duplo, cera autem triplo: quatuor efficiunt candelas, eas componunt simul, in medio autem viuum sulphur iniciunt, & pertinacius omnibus resistit. S I candelam aliquam niue circumtexeris, vt pueri solent, & incendes, in niue flama ardere videbitur. Sed vlt. facile accendatur,

*Aqua ardens*

Effici sic ritè poterit: Vetus, validum, & nigrum vinum habeas, inde intus viuum immitte calcem, tartarum, sal, viuumque sulphur, vitreis chymistarum organis ( vt docebimus) aquam exugito, hæc mirè ardet, nec ardere desierit, nisi tota consumatur, vel parum relinquat: si in patinam, vel aliud patentioris oris vas pones, & flamam admoueas, illicò ignem arripit, si in murum projeceris, vel è fenestra noctu, innumeris scintillis, & igniculis accensum aërem videbis: ardet in manibus detenta, nec cõburit multum, id autem aduertito: si plureis distillabis, minus ardere, id enim aceto

con-

contrarium aqua habet ardēs. Si minus phlegmate  
redundet vis, spongiam oleo madidam vasis ori in  
distillatione accommodato, phlegma autem pene-  
trare non sinit. Si

*Flamam eminus projicere*

quæseris, id commodè faciunt colophoniam, thus,  
& succinum præcipuè: nam si flamam concipit, in  
altum se tollit, eminus flamam emittens, si inter  
digitos candelam continebis: in palma autem pin-  
simum pulverem, dumque projicis, euolet puluis  
per candelæ flamam. Si optabis ab

*Ignem tueri aliquid, ne comburatur:*

Ea considerata, quæ summè frigida, obstupescit, &  
subtilia sunt, & ob substantiæ connexionem ab i-  
gne non vincuntur, vti amiantus lapis, quem plu-  
meum alumen vocant, extincta calx, oui albumen,  
athæa succus, hyescyamus, psyllij semen: hæc  
cum succis permiscentur, dum linimenti speciem  
assumuntur, inde minus obliuio, & illæsus ignem  
detinebis: non sic tamen, vt omnino tutus, & in-  
trepidus pertractare possis, vel per ignem ambula-  
re. ex amianto lapide, mappæ texuntur, & si sordi-  
datæ igni proiciuntur, candori pristino restituan-  
tur. Inde autem si vis

*Ignitus totus videri:*

Predicta ubi te liniueris mixtura, resiccati curato,  
& tritum subtilissimè sulphur inspergito, flamam  
admoueas, ubi ardere incipiet, ignitus videberis  
totus. Si minus comodum fuerit sulphur, ardentis  
aquæ irroratus aspergine, quam diximus, ignem ad-  
moue, & aliquantulum sub ea tutus deges. Fitque

*Pulvis pyrim in bellicis instrumentis mira operans.*

Si quis in vulgarem puluerem duodecimam argēti viui partem, marchesitæ tantundem & colophonæ, & rectè pertuderit, & permisuerit: hoc puluere si bellica repleuerit instrumenta, vbi ignem admouerit, ingenti fragore dissilit machina, vt adstantium multos interimat. **C O N T R A** autem, si in pyrium hunc puluerem combusta papyrus immisceatur, vel quod idem explebit, vulgaris feni seminis duplum, si optimè trita immisceantur, validissimam vim retorquet, vt nec flamam, nec strepitum tam validum emittat: tali puluere mira ingeniosus excogitabit experimenta.

*Qui fieri possit latex in tenebris resurgens.*

**C A P, X I.**

**T V,** qui præuidus ad sectionem rerum accedis, quas larga, eademq; prodiga Natura humano vsui liberaliter feneratur, abditas, & delitescentes, cumq; curat tenebris innoxium reddere, quod non est profectò aspernabile; ex iis ingeniosè requirere, quæ præstare possunt: pleraque etenim habes, quæ in noctibus sensum feriunt; & creant: multa Aristoteles, multaq; passim experientia demonstrat: Ceu bestiolæ, ex insectorum genere, quas Græci *πυρολαμπραδαι*, Latini nitedulæ, siue cicindelas vocant. Sunt fungi, capita & squamæ piscium, vt recentis trichia, & vulgò harengi dicti. Sic miluus, siue miluago, quod oculi noctu splendeant, lucerna dicitur. Pectinum vngues in tenebris ignæ lucentes, & in ore mandentium, Siphonorum,

porum; & ælurorum oculi. Estque in Germaniæ  
 latu, in Hercinia apparens volucris, cuius lucent  
 pennæ ignium modo, earumque splendore viato-  
 res; per innumeras illas solitudines, itinerum du-  
 bios moderantur euentus. Sic de spondylis, plerif-  
 que ostracodermorum generibus, vel super eos  
 infidente musco. Aglaophotidis marinæ, & terre-  
 stris meminit Aelianus, tale nomen à splendore  
 lucis inditum, aliaque maris alumna animalia. Se-  
 pè manibus marinam aquam exagitatam, igneis  
 scintillis coruscantem vidimus. Narrat Iosephus  
 vallem, in qua est locus Baraas, ex eodem radicis  
 nomine dictus, igneo colore fulgurans. Sic ni-  
 cte-  
 gretum, cuius valde miratus est Democritus. Iam  
 quercus præaridi caudices, situque maridi, argen-  
 teo noctu splendore ad spectum mouent, & vulne-  
 rant. Carbunculus in tenebris rutilat, aërem circū-  
 secus pro corporis modo illuminando: & multa  
 sunt quoque noctu lucibilia, grauissimorum aucto-  
 rum testimonio comprobata. At series admonet,  
 doceamus inde humorem extrahere, ex quo latius  
 diffusiusque proficiatur lumen, & emanet, vt no-  
 ctu videri possit. Iam infra patefcit

*Exemplum;*

Nitredulæ igneo multum colore coruscantes, in-  
 ter omnia principatum obtinent. Nos earum cau-  
 dam à corpore rescindimus: præcauendo, ne alie-  
 ni quippiam nitidis partibus immisceatur, por-  
 phoretico lapide conterendo, diebus quindecim,  
 vel plusculis sub fimo vitro condimus: fueritque  
 præstantius, ne latera contingant, sed pendeat: iam  
 elapsis



elapsis diebus, furno, vel calentis aquæ balneo vase imposito, & accommodato, paulatim luculentum, & stillatitium laticem subiecta paropside recipias, ac pellucido crySTALLINO orbe condito: sic conclavis medio, lucigena pendeat aqua, & aërem illuminabit, qui est circa illam, vt maiusculæ litteræ noctur possint conspici: dūmodò à non magis splēdido illustretur. sic enim illius penitus exiguum lumen exalescit, vt interdiu videri nequeat. Cui congener, nec multum dissimilis est aqua, ex dictorum piscium squamis sedulo extracta, quam sæpè separari vidimus, nec à prima ferè dignoscitur, eademque in reliquis parandi ratio iam patet, eisque vtimur in dicendis.

*Multa litterarum experimenta, variaq; scribendi latebra.*

CAP. XII.

DE clandestinis litterarum notis, quas vulgus zipheras vocat, duplicem statuunt normam, visibilibus vnam, & per se dignum tractatu studium habet, delirescentiam verò alterant: iam poscente hic loco, aliqua commentari censuimus, & quæ hæc consequuntur, Magnatum & Principum rebus consulentes, dum absentia curant, & commenti illius gnaro conscribunt. Nos pauca oculis subiiciemus exempla, non ea tantum recensendo, quàm quæ inde sunt euentura: & ij noscent, cui nonnihil addentes, coniungentes, vadique artificio contexta, & velata detegunt, ne in manus indocti, & gregarij peruenientia vilescant, tunc enim cariora, cum arcana, & fido clausa pe-  
ctore

ctore diutius commorantur. Sed quæ iam sæpius  
peruulgata in medium afferenda duxerim, ad rem  
redeutes dicamus: quoniam fiant pacto

*Littera in tenebris conspicua,*

si quis furtiuo scripto rei concilio, nouo astu exco-  
gitata quæpiam nuntiare quæsierit, quæ tantum  
nocte intempesta conspectari queant: prænarato  
iam liquore, graphicè describendo pagina sature-  
tur, maxima adhibita sedulitate, & ineffigiata in-  
terdiu apparebit. Si hoc minus fortasse tutum, ma-  
gisque fuerit cordi,

*Litteras lumine interpositas legere:*

Hæc est scribendi inopinabilis latebra, nec uti ce-  
teræ leuiter igni detegitur. Si colore corporeo  
albo scriptitaueris, uti cerussa liquidò immixta gū-  
mi, vel consimili, sit chartæ concolor, nève aliquid  
sit discerniculi, vel coniectari possit, tunc oculo, &  
lumini interiecta sideris, vel candelæ, ubi descri-  
ptæ fuerint litteræ, ocularibus radiis penetrari non  
sinunt, sic obscuriusculæ conspiciuntur. Vel si veli-  
mus, ut

*Littera in nigro extemplo candicent.*

Est & occultius mentis conceptum proferendi  
ratio: Luteum, ouique albumen validè exagita-  
tum, instar scriptorij atramenti lique scat, huius-  
modi litteras, vel lineamenta protrahe, iam exsic-  
catis, colore atro papyrus superlinatur, & inqui-  
netur: ubi verò litteræ iam obrutæ lique scant ve-  
lis, lato ferro, vel cultro leuiter eas erodendo, tene-  
bricosum dilacerâtes velum, uti nebulas discutiens  
supra modum candore pâduntur insigni. Sicq; si

H +

LITTERA

*Littera delitescens conspiciantur, & conspicua delitescant*  
 oprabis: potieris, si stillatio calcathi liquore, vel ar-  
 denti aqua affusa, donec solutum fatiscat: ac papy-  
 ro litteras duxeris: iam enim siccescentibus celan-  
 tur: porro combustam paleam ex aceto trituras, &  
 quæ fumus scripturi, in priorum interstitio ver-  
 suu late describito. Omphacitis inde galla albo vi-  
 no decoquatur, spongiam madida, cum cordi eue-  
 nerit, leuiter expurgando, & super eas inducta  
 atterendo, vernaculus nobis color ater obliterated  
 delitescit, pristinus verò inuisibilis refricatus no-  
 bis fiet conspicuus. At

*Littera intercutanea, & indelebiles in membro quouis*  
 appareant, si velis: sic citò expedies: Cantharides  
 naturalis diei curriculo valida aqua, vel tritiùs au-  
 ri separationis madeant, inde graphio, vel apto sty-  
 lo, summa cute brachij, vel alterius membri chara-  
 cteres effigiabis, læsa humore caro inflatas surgit  
 in vesiculas, exulceratur: sic acris vestigia aquæ vi,  
 albas cicatrices perpetuo emarginat æuo, & nun-  
 quam euanescentibus litteris membrum insigni-  
 tur. Vel

*Litteras confissim loco quouis emergentes*  
 nigras & coloratas efficies: si aceto, vel vrina, clan-  
 culum in manibus, vel alibi litteras exarabis, cum  
 exsiccatae fuerint, nec vestigia apparent, & vis elu-  
 cescat: fuligine, vel colore, quem vbertim infecto-  
 riæ dant officinæ, extricato, & nigricabunt valde,  
 si easdem albas quæsieris charta, ficulneo lacte de-  
 lineato, exiccatas carbonis polline insparso confri-  
 cato, & detergito. At reddere

*Litte-*

*Litteras igne vel aqua visibiles*

sic possumus, & litteras in carminum intercapedibus, & syllabarum coagmentis, & distantis protrahere: Contineat epistola inane quippiam, ut incondite putet positas, & intercepte, aut nihil omnino, aut ægerrime sentient. Si citrij, medici mali, cæpæ, & omnium ferè ærium succo descripseris, si igni inferuescit, eorum acrimonia deteguntur illico. **M A I V S** aliquantulum subtilitatis habet, si alumine aqua dissoluto scripseris, cumq; lectioni accedis, aquæ immergendo, latè euadent visibiles & elegantes. Si verò candicent velis, & lacteas sic facies: Litargyris primò teritur, & fictile aquam continens, cum aceto coniicitur, decoquitur, & decoctum per colum traicito, serua, inde limonis succo citriferi generis litteras exarato: iam enim siccescentibus abduntur, si seruato liquore immerferis, lacteas & conspicuas videbis: Si mulierum vbera, vel manus ea madeant, prædicto insperso liquore lacte resudabunt: vitior, si inops aliquando eorum fueris. Si quoque littoræ hirci adipè lapidi fuerint inscriptæ, lapidiq; occultæ profus, si lapis idè aceto demergatur, prodeunt ilico, & quasi sculptæ foras eminentes extabunt. Si autem absoluta aqua perscribendo, litteras nigrescere iubes, ut nauius expeditiusq; itineribus accingamur: Gallas & calcanthum subtiliter pinsito, inde puluerem chartæ inspergito, panno perfricato, rectèq; expoliantur, & ut sit chartæ concolor, & pertinaciùs inhaereat, confuso iuniperi gummi, quod scriptoribus vernigo dicitur,

H s

adda-

addatur reliquis, cum vsu euenerit, aqua vel saliuæ scribito, & nigrescunt: iisque simillimæ eueniunt technæ, quas per longum esset recensere. At

*Litteras ovo imprimere,*

Africano sic placuit: Alamen ex aceto subtiliter, multumque terito, & cortici quidquid velis affiguras, feruenti Soli exiccato, muricæ vel acri aceto impone, tribus vel quatuor diebus, resiccatum coquito, cumque fuerit tostum, cortice enudabis, & duro albumini scriptas litteras reperies. **I N D E** occurrit alterum: Cera circumlinito ovo, stylo litteras exarando, fatiscentes rimas humore reple, ac aceto macerari finito per diem, cum ceram sustuleris, decorticato, & peruium corticem, & ovo impressas leges litterarum figuras. Nunc lege, quæ improbo excogitatu necessitas explorauit, vt

*Littera constitutis diebus, decidua sint, & euanescant:*

Quantum humanum euolat ingenium, dum naturæ secreta pandit: Demersetur tenuis climatus chalybs in separationis aquam, pondere iam triplicato, quibus liquidæ picis, vel terebinthinæ resinæ fuligo addatur, vt nigrior fiat, & dolium cooperies: porphyritæ multum teratur, scribe, & consenescentes decident. Hoc silentio prætereundum non putauit, quod maximè præcipuum & tanquam rei caput est, periculum frequenter facere: nam si diutiùs in charta commoratur, fortis aquæ plusculum suggeratur, & si fueris sedulus, subcrocea non remanebunt vestigia: hac indicij norma frui poteris. **S I C** aliud consimile genus habebis, si sic mentiri satius fuerit: Chrysocola,  
amme-

ammoniacus sal, & alumen æquali pondere certent inter se, tusa omnia fictili condantur, & forte ex calce parato lixiuum, & faucibus excepturi vasis lineo panno obtento, colato: sic igitur parum ebulliat, atramento immisce, & vbi incolumes aliquantulum durabunt, iam flaccescente sunt caducæ, ad usum recondito. Sed tituras, maculas, vel

*Litteras penitus abstergere*

si quaesieris: Calchanti & salnitri aqua calamo supra litteras delineato. VEL è sale alchali & sulphure, paruis conglobatis orbiculis perfrica, sic erodes, vt neo vestigium remaneat. Litteras verbò disco Lunæ obsessis nunciare, iam certiores facti conscribemus. Hæc enim raptim perscripsimus.

*De conuiujs & epulis mirè apparatus.*

CAP. XIII.

HÆC silentio prætereunda cogitaueram, gaucibus & bibacibus, coquis & popinariis relinquenda, vt à re ipsa plurimum aliena, & inconuenientia, & defæcatoribus auribus non mittenda. Sed omnibus satisfaciendi gratia, apposuius aliquibus, hæc reliquis gratiora, & iis similia fuerint, ne gulæ & genio indulgisse vnquam poeniteat: sic summatim perscribentes, ne longiori narratione legentium animos detineamus, ad ea noster se conuertat sermo, vt conuiuia frugalesque coenæ lautiores apparatu videantur. Et primo

*Vini haustu nimio, ne inebrietur accumbens,*

VEL

Vel si cibo largius sumpto corpori noxam sentiet, sic discutiet, vt Cato docet: Initio, ac cœnæ summo, crudæ brassicæ quatuor, vel quinque cymata esto, & crapulam sedat, vini noxam restinguit, & reddet quasi nil ederis, biberitq;: adeo inter se perniciali dissident odio, vt satæ alteram altera discordante natura fugiat. Inde Androcydes sapientia clarus contra temulentiam valere iudicauit, & cōtra eam mandi præcepit. Nec omitam, quæ Nestor in Alexycepo suo dixerit: Brassicam enim Lycurgi lacrymam vocat, inquiens: Cum Bacchus eū reueritus mare subiisset, Lycuegum vite vinctum lacrymam emisisse, & è lacryma natam esse dicit: & ob id contrarietatem inter vinum & brassicam esse. Idque euenire tradit Aristoteles. quod succo dulcem discutientemque obtineat. Vnde Plutarchus in symposiacis dulcia ait, si vino infundatur, ebrietatem discutere. Euenit aliquando à capitis distillatione columellam in guttur laxari; tūc crudæ brassicæ succus capiti impositus, vnam retrahit in sublimem oris partem. Inest & crambæ vino ob sistendi vis: nam si vineto obseritur, diutius proveniet vinum: inde apud Aegyptios & Sybaritas solenne erat ante omnia crambem sumere coctam. Aliqui id amethystino vasculo facere consueuere ante comotationem, quò impune vino indulgere possent, ex Athenæo. At si ALITER vini noxam inhibere voles, maximè dilutiusculi: nam citius crapulam senserint, quàm qui meratius hauserint. Si multum poturus eris: Africanus docet in cibatū præmittas tres vel quatuor amaras amygdalas

cxiij

exiccantes, & humiditates absumentes, vinolentiã propulsabunt. Narrat Plutarchus Cheronus apud Drusum Tiberij Cæsaris filium medicum fuisse, qui cum bina senave amara amygdala esicaret, in comestuta bibendo superabat omnes: qui iam deprehensus, usque deinde priuatus decertare amplius, nec pauxillum valuit. Nec incassum pumicis farina, si poror in bibendi certamine præsumat eam, affert Theophrastus periclitari, nisi vniuerso potu impleatur. Sic Eudemum in vigesimas secundas vices durasse, demum balneum ingressum, nil reiecit, ac ita occidisse: vti si non bibisset, vi absumente sicifica, & in cadum musti bollientem coniecta, statim in totum vini feror sedatur. Ad aueruncandum quoque meri exitium, antiquitus in comotationibus corollis floreis redimita capita ferebant.

Vnde Ouidius:

*Ebrius incinctis plulysa conuina capillis.*  
*Saltat, & imprudens rotat arte meri.*

Et Valerius Martialis:

*Pinguescat nimia inactitas mihi Canis anomo,*  
*Lassenturque rosas tempora sutillibus.*

Rationemque dicunt, quod nimia frigiditate cranium frigescat, vt vinolentiã, & eius vim extinguat: Vnde Dionysium legimus discumbentibus hedeream instruisse coronam, quæ insita frigidifica vi, vini potentiam retunderet, nam ea contra grassantis ebrietatis impetum obsepit: calidum siquidem meri capitis poros patentiores reddit, frigidum enim sic contemperat, vt scardentes ceper-



percutiat vapores. EST & altera priscorum patrum cura, vt crapulosa extinguantur, vt lactucis cenæ sine vescerentur, cum insulam frigiditatem habeant maximam, nunc autem initio ea vtuntur cenæ ad conciliandam appetentiam. Vnde Martialis:

*Claudere qua cenas lactuca solebat anorum:*

*Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?*

Dioscorides tanquam acrepulam nuncupare videtur, quod ebrietatem prohibeat. Vini autem postquam meminimus, de eo narrentur, quæ visa sunt, quomodo oporteat

*Vinosos abstemios facere:*

Multi enim sunt, cum vinum liberalius hautiant, vt nil eis perniciosius sit, in morbos & denique in mortem incidant: at eos aspernari & abhorrescere si voles, & Clitorius fons longè abest: Anguillas tres, vel quatuor vino immerfas linito, dum emoriantur: ebrioso vinum admoueto, & pertædescet, semperque odorit, nec amplius bibes, vel quam minimè, modestius degens. Nullam quoque vino suffocatum (Athenæus memorie prodidit) si protinus à viro absumatur, Veneris impedendæ potestatem habere: si à muliere, nunquam eam concipere. Fortasie ALIO modo placebit, vt hæc amplius degustent, idque docet Iarcas, vt in Apollonij vita demonstrat Philostratus: Obseruato, vbi noctua niduletur, illius oua præripias, elixata infanti in comestatione præbeto, semper inde vina perosuro. SIC è cæsa vite distillans aqua, multum potata sobrium facit, vti De mocritus docuit. Scire aut em.

Vinum

*Vinum an habeat admixtam aquam;*

ex Democrito & Florentino condiscipulis: Mala vel sylvestria pyra vino immerge, si perfluitantia super natauerint: meri indicium, si merguntur, iam diluti. Ex Sotionis experimento: Paleam, arundinem, vel farmentosum aliquod oleo illitum indolium immittunt, extrahunt, & si aliqua hærent guttæ, aquam habet. **I**N calcem fundito, si calces diffundet, aquæ mixtione defraudatum, & conglutinans meracum est. **S**I C in linteum si diffunditur: & præterea multa exant. Si verò mixtum displicuerit, ecce

*A vino aquam segregandi modus:*

Cissibium paratum habeas, id est, vas ex hædera torquetur, vel aliter conficiatur, vinum conicies, & si qua mixta fuerit aqua, breui tempore foras extillabit, quod contrarium antiquos omnes, & recentiores sensisse video: cui tum ratio, tum experientia reclamat: nam cum foraminulentum sit lignum, multisque interpateat rimulis, aqua humorum omnium subtilissima ex Aristotele foras effluet, quod corpulento magis referatur. **E**S T & alia segregandi ratio licis vel penicillis ex gossipio, vel lino dolio immersis, vt superemineant, ab eo aqua secernitur. Sic vino injecta spongia & expressa, plus aquæ quàm vini eiciet. Sic breui temporis processu

*Vinum diuersè odoratum*

reddes: Ardenti aqua immergatur simplicia, cuiusmodi odoris quæsieris vinum: nam aquæ natura odorem illic combibet, per colum traicito,  
& de-

& defæcatum finito, vt confidat, vino immisce, ab eo enim sapore non est dissimilis, & nimium peroleantia relinquet. Nunc docetur,

*Aqua falsa quomodo reddatur potabilis.*

Quod docet Aristoteles: Si enim vas ceræ efformabimus vacuum, & in maris aquas immergimus, quæ per ceræ poros intrò delabitur, fiet potabilis. Sic crudo fictili vase obstructo ore (quod enim intrò permeat, percolatum est, quod falsedinem facit per commixtionem) fecernitur. F I T aliter vberius & celerius Sabulonem fluminum in falsam aquam immittas, & paulisper immoraberis, & lineo panno subiecti vasis ori obtento, colatur, donec falsamentum amiserit omne, & dulcescet: multa vti vitia sileant. Nunc autem dicemus, vtrum potuerit videri

*Anser iam vinus excoctus:*

Sæpè enim lautis opiparisque mensis, magnatibus apponuntur, sic inualuit gulæ luxus. Cape conficiendi normam: Sit anas, vel anser, vel aliud viuacius animal: sed in hoc anser omnibus antestat, capite colloque relicto, toto sit implumis corpore, sit hinc inde obuallatus igne, & circumseptus, non arctè, ne suffocetur fumos né igne torreatur citius, non largè, ne impunis euadat: intus passim pocilla, & ollulas aque plenas, cui sal & mel adicias, ibique lances elixaris malis sint plene, & tessellatim disco conciso, ipse rotus liquamine obductus & laridatus, vt esculentior sit, & facilius decoquatur, ignem admoue, festinare nolito, vbi calore efferuere coeperit, circumambulando, & fugiendo,

giendo, præsepit ignis, & iter includit: sic improbus aquam absorbendo, compescitur: cor cæteraq; mēbra refrigerando, medicamento vi laxat aluum, abstergit, & exinanitur: & ubi inferbuerit, interiora decoquet, spongia cōtinuò cerebrum, & cor humectato: ubi verò insania ferri, & cespitare conspexeris, deficit cordi humidum, remoue. conuiuis appone, euulsis semper partibus vociferantem, vt ferè prius comestatus, quàm mortuus, videatur. Nec visu iniucunda

*Murena eodem tempore frixa, elixa, tostaq;*

erit: primò pāni attritu eam excruciatam veru infigas, & elixas & frixas, quas vis partes ter, quater lineis obuoluas tæniolis, insperso in vno pipere, in elixo petroselino, croco, menta, feniculo, & passo contusis, aqua & sale, vel iusculo mādēant, frixas oleo, ad ignem volui iubebis, fasciculi aspergine origani semper humectando, ubi pars iam fuerit torrefacta, remoue, & optimum erit obsonium, epularis præbeto. At verò

*Ouum vt hominis caput magnitudine superet,*

reddere tam ingens si vis, extat artificium, nec à naturali dignosci potest: Decem vel plura boleta, & albumina intucem separabis, boleta leuiter commisceto, & in vesicam immittito, rotundamque ligando imitaberis figuram, in ollam aquæ plenam immittas, & cum bullis intumescere cernis, vel cum duritiem traxerint, exime, & albumina addito accommodando, vt in medio insideant, & iterū coqui sinas, sic corticibus enudatum habebis, quas sic effinges: Quorum cortices albas & elotas con-

I

teres,

teres, vt in tenuissimum puluisculum volent, forti aceto, vel distillato emacerari finito, dū mollescant: nam si ouum in aceto diutius fuerit appositum, cortex eius dissoluitur, & tenerescit, vt facile perstrictum os phialæ possit immitti, vbi fuerit intromissum, clara aqua in pristinam reddit duritiem, vt demirari contingat. Cortices cum vnguēti formam præ se tulerint dissolutæ, penicillo aliquo, super excoctum ouum corticem inducas, & clara durefcit aqua, tunc verum, & naturale habebis ouum. Si vis autem, vt

*Pisces charta frigrantur:*

ex charta simplici frixorium vas efformato, ibi oleum & pisces ardētibus prunis, quibus flamæ desint, imponantur, & citius, & cōmodius expediet. Nec superpondij modo addere pigeat, quod fortasse scisse non obfuerit. Si vis dissecta caro iterum coalescat: Symphyti, quod vulgò consolida maior dicitur, radices, quæ foris nigrae sunt, intus candidæ, & glutinosæ, vnà cum conciliis carnibus ipsis coquantur, & celerrimè coniungentur, vt incisuræ non videantur. Nec inferior vis petrea symphyto inest, quòd summè glutinet, sic quoque de holosteo fertur. Si chalybis frustulum iniciatur ignitum in deplumatum, & exinanitum pullum, & tegatur, ne calor euanescat, & si tetro insicit odore, esui tamen bonum erit. Si c pipionem exossum reddes: Si exenteratum acri aceto per naturalem diem sines benè lotum, & aromatibus repletum, elixabis, vel assabis, sic eis caret, ossa vt simul mandi possint. Si c oua viuæ calci obruta,

ta, aqua experta decoquantur. Si friabilem gal-  
lum, vel tenerum exoptabis: Jugulatus pensilis  
adhæreat ficus ramo, & maximam accipiet tene-  
ritudinem, quod Aristionis coquus, dum Herculi  
immolatum gallum, qui fico pependerit, inter e-  
pulas attulisset, admiratus Aristio citam tenerita-  
tem, è durioribus periculum cepit, & verum re-  
perit. LIRAE chordæ minutatim concisæ, nuper  
excoctæ carni reiectæ, vermiculari videbuntur. ET  
leporis excoctum, & congelatum sanguinem in  
pulverem versum, super carnem inspergendo, san-  
guinosa videbitur caro, ut nauseabundus eiicias, &  
multa, quæ gulosis relinquimus. Sat sit tantum de-  
bacchatum esse.

*De Mechanicis quibusdam experimentis.*

C A P. XIII.

QVAEDAM extant non spernendæ subtilita-  
tis experimenta, ab omni mixturæ additamēto se-  
creta, quæ non iniucūda fore putauimus ingenio-  
sis, & artificibus, ut omne liber hic suboleat. Extat  
& artificium, quod aliquibus

*Draco volans,*

vel Comete sidus dicitur, cuius talis sit cōstructio:  
E subtilioribus arundinum paxillis quadrāgulum  
cōstituatur, ut longitudo latitudini hemisphære sit  
proportionis, diametri duo & ex oppositis parti-  
bus, vel angulis immittantur, quarum intersecatio-  
ne funiculus illigetur, & eiusdem quātitatis, cum  
duobus aliis iungatur, è capitibus machinæ pro-  
venientibus: sic papyro, vel subtili lino obtegatur,

ne quod graue in ea sit: inde è turris, montis, vel altioris loci fastigio, æqualibus & vniformibus ventis credenda, non validis, ne disrumpatur machina, nec leuibus, si vndique silebit aura, nam eam non sublimat, ventorumque segnities irritum faciat laborem ipsa recto non incedat tramite, sed obliquè, quod efficit funis tractus è capite vno, ex altero longa cauda, quam è restibus effinges æqui distatibus, & papyris passim religatis, sic leui tractu immissa, artificis manibus commitrenda, qui nec segniter, nec oscitanter, sed validè impellat: & sic volitans carbasus aëra petit, vbi paululum fuerit eleuatum (hic enim ex domorum anfractu disruptus est vëtus) vt vix manibus compesci, vel retineri queat: Laternam aliqui supra locant, vt cometa videatur. Sclopum alij charta, & pyrio puluere inuolutum, & cum in aëre quiescit, immititur per restim accensus funiculus, anulo, vel lubrico aliquo, statimque velum petens, ignem ori admouet, maximoque tonitrū, in plures machina dissipat partes, & ad terram procumbit. Aelurum aliqui, vel catulum ligant, ac per aëra immissas auscultant voces. Hinc auspicari poterit ingeniosus principia, quoniam pacto, & homo volare possit, ingentibus alis cubito, & pectori deligatis, eas autem a pueritia paulatim iactare assuescat, loco semper sublimiori. Quod si quis iam id mirum putauerit, aspiciat ea, quæ Archytam Pythagoricum commentum esse, atque fecisse traditur: plerique enim nobilium Græcorū, & Fauorinus philosophus mentoniarum veterum exequentissimus, affirmatissime scripserunt, simulacrum

-Iacrum columbæ è ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque mechanica factum volasse, ita erat scilicet libramētis suspensum, & aura spiritus inclusa, atque occulta concitum. Sic facere possumus, vt

*Onum in aëre ascendat :*

Oui corticem vacuum rore complemus, & Maio mense eum accipimus: (alio enim tempore, vt æstate & autumnò verus ros non est, vt physicis constat rationibus) & in meridiè Soli opponens, & ab eo eleuabitur, & si difficilis aliquando fuerit ascensus, baculi, vel tabulæ adminiculo, dum ascendere incipiat facilius eleuabitur. Altera quoque remanet ludicra subtilitas, vt tres

*Schedula non tacta situm permutent :*

Quod illud penitus ignoranti, fieri non potest, quin mirabile videatur: Tres sunt schedulæ longiusculæ è papyro vel linteis, seque mutuo æquali superent longitudine: nam capite vno æquatæ omnes, & æque reuolutæ, deuoluuntur, diuersiq; situs reperiuntur, longior in medio, vel primo loco, si longior eadem in postremo fuerit loco, immobiles remanēt, quod nō est qui non putet, à dæmonibus factum, sed aliundè non euenit, nisi quia in reuolutionis fine remanet procerior, & extrema à qua exoritur, in reuoluendo remanet. Quorundam fuit error, qui verborum vi euenire putabant, ac de interrogatis omnibus, tanquam de oraculo responsa præbebant: nam si situm permutabant, ritè auspicari, effectusque propitiari: sin minus, infortunari: nec voluere rationibus, & experiētiis

I 3 fidem



fidem permutare, cum habitum in credendo effecerint. Est quoque artificium aliud, vt

*Candela ardens sub aqua deferatur,*

talique paratur arte: Longum habeto vas, & capacitatis non incommodæ, ori lignum applicetur: quo ardens candela infideat immobilis, & inuerso vase lumen fundum feriat, sic totum aquis penitus immergas, nec subintrabit aqua, cum aëre repleatur, & sub aquis ardebit multum, secundum vasis capacitatem. Nec admirationis minus extat experimentum, cum voles, vt

*Vas inuersum aquam hauriat,*

quod sic efficies: Longissimi colli paretur vas, & quò longius, eò mirabilius, vitreum verò, & pellucidum, vt ascendentem inspicias aquam, hoc bullientis aquæ expleatur, & vbi totum efferbuerit, vel igni fundum admoueto, illico, ne frigescat inuerso ore, aquam tangat, & intrò totam absorbeat. Sic naturæ rerum exploratores Solis radiis aquam hauriri, & absorberi aiunt, è terræ concavis locis in montibus, vnde fontanea efficitur scaturigo: nec leuia insurgunt hinc artificia in spiritalibus mechanicis, vt tradit Hieron, sed vti ab hoc proposito aliena, aliò transferantur. Simile quoq; à Victruuio de ventorum ortu affertur, nunc verò in domesticam peragrauit vsum. Sic enim:

*Vas ventum proiciens,*

confici potest, si fiat aoli pila ærea, vel rei alterius, sit caua, & rotunda, & in ventre punctum habeat angustissimum, quo aqua infunditur, & si fors arduum fuerit, priori vtete experimēto, si ad ignem accen-

accedens inferuescit, cumque nullum habeat spiramentum, maximum inde eicit spiritum, sed vapidæ crassitudinis humectum. Nunc ad alia transire liceat. F V N I S si manibus conuoluatur, vt se inuicem secent, leui brachij tractu rumpitur, & absque eo difficile. S I C pugno later erectus percussus aliquantulum, vel marmor, in plures diffinit partes, nec minus, ex fluminaum volutionibus acriti, & rotundi lapides rumpuntur. E T leui secarus pomum ictu, si cultrum capite percusseris, illudq; parum secet. S I in hordeo inuestigaueris, syluestris auenæ aristulam reperies nigram, & obtortam, locustæ pedibus similem, si eam paginæ cum cera ligaueris, mollisq; aquæ aspergine disseminaueris guttulas, vbi humidum senserit, distorquebitur, vt liræ neruus, & erigitur charta, nec minus nummus styli acie volitabit.

*De mulierum cosmetica.*

C A P. X V.

I N T E R cetera circumferuntur, & experuntur maximè experimenta, quæ muliebribus de honestamentis, & speciei conferunt, multumq; refero aiunt: nos, ne alibi quærantur, hîc scribere decreuimus. Primò autem

*Capillos tingere*

docemus, flauos, nigros, aureos, cuiusque placuerit coloris: Flauos enim reddes multum mellis oleo, & vitellorum ouorum. Nec minus lixiuio è sarmentitio cinere, hordei palea, liquiritiæ corticibus, rasura, & buxi frondibus, croco, & camis-

no, si sapius capillos laueris, maximè flauescunt, auriq̄ue colorem imitabuntur. Nigricabunt valde corticum ficus, gallæ, elates, rubi, cupressi, & similia lixiuio. Hoc tamen commodè tinges modò barbam, & capillos, si cui canescunt: Argentea spuma, combustum æs, fortis lixiuij quadruplo permiscetur, dumq̄ue leuibz prunis in bullas erumpit, lauabis, & resiccatos calida perlues aqua. Sic nigrescunt supercilia: Frigantur oleo galleg, eas salis ammoniaci pusillo tritabis, inde aceto immiscebis, quo rubi, & mori cortices ebullierint, illinantur supercilia, & per noctem immoraberis, inde ex aqua eleuabis. At quia sæpè accidit, vt locus pilorū multitudine deturpetur, vel glaber fiat, talia accipias

*Psilothra,*

quibus perlirus locus glabrescit illicò, & diutissimè partes omnes pube immunes seruari possunt. Si vulgari decoctoperueris, viuę calcis, auripigmēti tertio, fortiq̄ue lixiuio, & dum coquitur, pluma experimentum capias. Columella verò iubet ranā luridam in aquam coquere, vsque dum ad tertiam partem decoxeris, eaq; corpus vngere, si quod glabrum facere voles. Sunt & infinita, vti hœderæ, & vitium lacryma, quę veluti gummi est, & psilothi effectum habent. Sed illud vt commodum satisfaciet. Et si nunquam rediuuios quæris, glabras ritè partes tali radicibus erues illitu: Vti formicarū ouorum, hyoscyami succi, cicutæ, & psyllij seminis, vespertilionis, & testudinis sanguinis. Alij aurea bractea ignita locum impuberibus perurunt, vt  
ne vesti-

ne vestigium remaneat, nec amplius lanuginosum  
appareat. At

*Pilos citò nasci*

si velis: combustarum apium cinis, cū foricis ster-  
core, si rosaceo illeueris oleo, nascentur & in ma-  
nus palma, quibus & addere ritè poteris auellanæ,  
castaneæ, dactylorum, & reliquorum fabalium ci-  
nerem: ex omnibus enim renascendi vis destrui-  
tur, vel prodeunt molliores. Vnde Augustus solit-  
us erat crura subruere nuce ardenti, quo mollior  
pilus surgeret. Si verò

*Oculorum colorem permutare*

pueris velis, sic id assequeris: Putaminum cory-  
li nucis cinere, ex oleo sinciput illinatur: Puerorū  
albos oculos denigrari contingit, operatione itera-  
ta. Pleraque extant experimenta, albos, & glaucos  
oculos nigrefaciendi, & varios inducendi colores:  
sed hæc missa faciant, cū non tam leuiter egen-  
tes oculis periculum capiant, nec experientiæ, vti  
quæritur, respondeant. Nunc

*Genarum liuorem abstergere*

sic poteris, præcipuè mulieribus, tempore quo mē-  
strua patiuntur: Locus illinatur cerussa, fabarū pul-  
uere, aceto immixto: Vel ouorum boletis melle  
mixtis. Quædam sunt quoque

*Smegmata mulierum,*

quæ nitorem, & leuorem faciebus inducunt. Vti  
mica panis in caprinum lac serum iniecta, extilla-  
ta inde aqua faciem penicissabis, mirum admodū  
ad eam dealbandam, & nitorem cuti cōciliandum  
valet: Nec minus asininum candori confert, nam

cutem erugat, polit, & molliculam facit. Ideò non temerè Pompeia Sabina Neronis vxor quingētas semper secum aſinas ducebat, ac balnearum ſolio lacte illo corpus totū macerabat: Vbi ſic inalbueris,

*Roseum faciei colorem conciliare*

poteris ſic leniter, & fucum facies, qui non detegitur, omnesq; artiſicioſa ſimulatione deludes: nam clara aqua puniceas reddes genas, diu, multumq; perdurante colore, eoq; rutilantior fuerit locus, quò magis aqua laueris, & panno perfricaueris: Ex Cardamomo, vel quæ pharmacopolæ paradifi grana dicunt, cubebis, garyophyllis, braſili raſura, & ardenti aqua ſæpius extillata (vbi aliquantulum fuerint immorata, vel igni lento, vel putri ſimo) aquam elicies, qua ſæpè facies madeat, dum operari incipit. Si diu vrticam ebullies aqua, ſæpèq; corpus laueris coloratum, & roſeo colore inſignitum reddet, ſi id diu continuabis. Si c autem gingiuas, & labia tinges, alumen, coctus, braſili raſura tritetur, aquæve perfula omnia ſolè exiccantur, iis madeat bombax, quo labia & gingiuas perfricabis. Si autem

*Aquæ ad faciem mangoniſandam,*

& accommodandam quæruntur, ſi fors fuerit recordi, vt leuore ſplendeat, oui albumina coquantur & dureſcant, iis aquam extillabis, eritq; vſui apta, ſic roſmatini, fabæq; ſorum, & limonum ſucco. Hæc autem aqua omnium præſtantiffima, ſollertiq; cura excogitata: Talcum in minutiffimum redigatur puluiſculum, & ollæ indatur, & item coclearū multam immittes copiam, & opercula-

culato, ne fugiāt: nam alimento fraudatæ, immis-  
sum vorant talcum, concoquunt: vbi omne vorasse  
noueris, cum testis tufas, vitæ & commodabis or-  
gano, aquam extillabis & seruabis ad faciem: Fæ-  
ces noctu subdialibus locis ter opponito, ac denuò  
vasi imponendo oleum accipies, quo nil præstan-  
tius ad capillos fuerit. Sed

*Furfures à facie abstergere*

sic poterunt mulierès: Vaccinum, hireinum, & ca-  
prinum tel: cum vitri puluere immisceantur, &  
mollis facies illinatur, & eam maximè purgat, &  
faciem venustat: Dracontæ autem succus macu-  
las omnes emendat, præcipuè si eis os dehonestat-  
tur. Aliqua nunc apponemus

*Dentifricia:*

Quæ optima parabantur antiquitùs, ex purpura-  
rum & buccinarum testis crematis, nunc autem  
citò poteris vti combusti panis micis, pumicis  
polline, corallis rubens, sepjarum testis, ceruino cor-  
nu, & iis similibus, quorum vnumquodq; ritè ex-  
polit & abstergit. Si coeci granulis, si purpura per-  
fricabis. Omnium tamen optimè sulphuris oleo,  
nam expolit, leuigat, & maculas propulsat omnes.  
Fit quoque aluminis & salis aqua extillata. Pos-  
sumus &

*Mamillarum incrementum prohibere,*

si volumus: Contundatur eicuta, eiusque magma-  
ta cum aceto virginum vberibus imponatur. & sic  
coërceat, vt crescere non pariat, præcipuè hoc  
in virginitate, quanquam solito lac deneget tem-  
pore. Molles autem & relaxatas sic coërceat: Alba  
argil-

argilla, oui albumen, omphacitis galla; mastiche  
 thus, tusa omnia calido aceto immisceantur, & il-  
 linantur mammæ, & integra nocte commorari o-  
 portet, & finito illic esse: si parum fuerit efficax,  
 opus innouato. Iuuant & ad hoc mespili ossa, im-  
 matura sorba, syluestria pruna, acacia, & malico-  
 rium, balauftion, immaturæ nuces pineæ, sylue-  
 stria pyra, & plantago, si aceto ebulliantur omnia,  
 & mammis apponantur, aut aliqua. Sic autem po-  
 teris:

*Ventris rugas à partu abstergere:*

Diu aqua immatura coquantur sorba, oui que im-  
 misceas alborem, nec delit aqua, cui arabum gum-  
 mi sit solutum, tali linteum pânium madeat aqua,  
 & ventri accommodetur: Vel combustū ceruinum  
 cornu, amiantus lapis, ammoniacus sal, myrrha, o-  
 libanū, mastiche, in puluerem redacta omnia, cum  
 melle permisceantur, & erugat omne. S E D quæ-  
 rens Naturæ ostium restringere: ex partu enim  
 relaxari solitum est, quod etsi viro displicuerit, sic  
 refarcies: Omphacites gallas tritato tenuissimè,  
 quibus garyophyllorum pulueris parum admiscea-  
 tur, vino ebulliant, quo pannum madeat, & loco  
 applicetur. V E L sic meretricium & popularium  
 restringes & coarctabis: Gallis, gummi, alumine,  
 bolo, draconis sanguine, acacia, plantagine, hyppo-  
 cistide, balauftis, lentisco, simphyto maiori mino-  
 ri que, cupressi. nucibus, vuarum acinis, glandium  
 costis, vel cauo illo, quo glans prorūpit, & dehiscens  
 nucleum ostendit, mastiche & lemnia terra. Si hæc  
 omnia rubro vino vel aceto decocta sint, & sept  
 madeat

madeat vulua, coarctatur & supprimitur valde. Vel hæc in puluerem redacta, intrò per arundinẽ traiciantur, vel iis suffimenta substituantur. A T si defloratam mulierem integræ virginitati restituere vis, tali pillulas constitues pacto: Alumen cõbustum, mastiche, adiecto calcãthis & auripigmẽti momentò in tenuissimum redigantur puluisculum, vt ferè tactum effugiat: pluuiali aqua pillulas vbi coëgeris, digitis comprimito, & tenuem rescicari curato, ac naturalium ostio hymenæi loco accommodetur, vbi prius fuerit rupta, senis quibùsve horis immutando, pluuiali vel cisternina semper aqua fouendo, per naturalem id diem, & hinc inde vesiculas inducunt, quæ contactæ sanguinis inducunt profluuium, vt ferè dignosci nequeat. Hirudine aliqui locum mordicus capi curant, sic crustulas inducunt, & fricatæ sanguinem mouent, vbi prius prælatis arctauerint. Si aliquando tale hoc placuerit specimen, vt.

*Facies sueata pallefcet,*

& dignoscere quæris inagonizatam faciem, sic fiat: Crocum dentibus commanducabis, & ore propius mulieri inter alloquendum apposito, flatus deturpat faciem, & subcroceam reddit: si autem nullo fuerit circumlita fuce, innoxia remanet. Extat. & alia

*Aqua faciem denigrans,*

sæpeq; mulieres fallit: Iuglandis calloso, herbidoq; putamine illo, quod guliocam dicunt, & gallis, chymistarum organis clarissima euciatur aqua, qua si facies vel manus maduerint, nigrescunt paulatim,

vt



842. MAGIÆ NATVRALIS  
vt Aethiopes videantur. quòd si abiicere, & pristinæ albedini restituere vis: Acetum, limonis succū, & colophoniam extillabis, talisq̄ue lotura nigrum illud abiicit & propulsat.

*De muliebribus quibusdam remedijs.*

C A P. XVI.

**Q**VAEDAM prædictis succedunt experimenta, expetibilia multum, cum sæpè accidant & vsu veniant: & si aliquibus inhonesta & non scribenda videbuntur, latè quærant medicorum libros, vt nil aliud ferè tractent, id autem vtilitatis hoc affert caput, quòd si ea dubia aliquibus videbuntur, hæc experientia selecta scripsimus. Primò autem

*Veneris in castris militare,*

si quis vult fortiter, tali muniatur cibo, præcipuè bulbis: omnes enim Venerem stimulant. Vnde Marialis:

*Cum sit anus corinx, cum sint tibi mortua membra:*

*Nil aliud bulbis quam satur esse potes.*

Columella item in hortulo:

*Queque viros acunt, armantq̄; puellas,*

*Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi.*

Sic eruca largè sumpta, cicer, cepæ, pastinaca, anisum, coriandrum, pinearum nucum nuclei, inter hos satyrion largè mouet semen, & fortitè venerea in re obstat, & mulieribus libido acrius excitatur, Venerisq̄; vrticæ sunt. Siq̄; nobis esset herba illa, quam Indus attulerat (cuius meminit Theophrastus) vt non solum edentibus, sed tangentibus iam genitalibus adgò vis increfceret, vt valerent  
quo-

quoties coire vellent, & qui ea vti fuerant, duodecimes perfecissent, illum autem ad septuagesimum coitum peruenisse affirmat, vt tandem guttatim esset spermatis emissio, & in sanguinem deueniret. Vnde si ex omnibus vel aliquibus Venerē vis cre-re, tali remedio vtere : Satyrj sumito radices, pinezque nucis nucleos, anisum & erucam, & æqualiterent pōdere, scincorum medietas, moschi parum, sic electo & despumato melle conficiatur, nec remouendum passerum cerebrum, ornoglossum, syluestris eruca, & iis similia. Si quis autem certādo vellet mulieris semen mouere, coli glandē, mosci, & vulgō dicti zibeti, castorei, cubearum, & olei benaspersine irrigato, vel horū vnum, coeuntes enim largē mouent. Vterque autem sic delectabitur, longum piper, piceum, galāga contundantur, pulueris pulidum cum melle conficiatur, eoque vtantur. At

*Veneris desulera obnuere*

contrā sic poteris : Rutam commanducato & caphuram, destruit enim flatum quo erigitur virga : vt eunuchus vir euadat. Sic vitex inhibet Venerem, & si substernatur, bibatur, vel manducetur, semen desiccatur. Vnde matronę in Thermophorijs Atheniensium, folijs iis cubitus sibi substernebāt, nec minus lactuca, quibus contiuō comeditur, coēndi adimit facultatem : ideo Pythagoras vocabat *ἄνιστος*, quod verborum inuolucris inuunt quoque Poētę : Callimachus cecinit Adonidem, cum lactucam comedisset, ab apro interemptum, atque à Venere sub lactuca conditum, quod hoc  
 lere

144      M A G I A E   N A T V R A L I S  
 lere tali (Athenæus ait) Venus elanguescat, & im-  
 potentes viri ad concumbendum fiant. VALENT  
 ad conceptionem leporis vterus, si mulier ederit, &  
 ventri imposuerit: vbi verò conceperit, ab his om-  
 nibus cauere debet, nam conceptum destruere  
 possunt: Vti mentha naturalium hostio post coi-  
 tum apposita: genitale enim semen corrumpit, &  
 lacti apposita, nec coalescere, nec cohibere facit: et  
 iam adiecto coagulo. immò si mammis accesserit,  
 nec densari lac patitur. Crocum concipiendi vim  
 maximè amolitur. Salicis decoctum si ieiunè bi-  
 batur, sterilem reddit, cum ocysimè salicta suum  
 deperdat semen, vt in araneam priùs abeat, quàm  
 maturitatem sentiat. Vnde Homerus frugiper-  
 dam appellat

*μακροί τ' αἰγίροι καὶ ἰσὶαι ὀλισίκαρποι.*

Sic mulæ vngule fumigium, vrina, sudor, aqua,  
 qua ferrum extinguunt fabri, hæc omnia post mē-  
 struorum profluum. Sed inter hæc saltatio præ-  
 ualet, & præcipuè obest eis, cum se nimium moti-  
 tarit, post cum viro congressum, nam cum retinere  
 nequeat genitale semē infusum, irritum foràs pro-  
 labitur, & resilit, quod fortasse erat coalitum: Vt  
 psaltria illa, quam narrat Hippocrates, quæ cum se-  
 men non conceptura retinere noller, ne conceptio  
 ignobiliorem redderet, ad terram dissiliens, ac ge-  
 nitura exacta ad terram eius defluebat semen. Su-  
 perstitiosi alij septenarij numeri virtuti fortasse  
 pythagorizantes, & occultæ proprietati ascripse-  
 runt: cum modò Hippocrates septies dixisset, id  
 tamen falsum coarguitur, cum ocys & tardius  
 defluat:

defluat: quòd si magis saltauerit, scito minus concepturam. Sabinæ succo hausto, ruta, scammonio pessur (instar vuluæ) indito, suffitus opoponacis, galbani, & viui sulphuris. Inter hæc nigro (quem vocant) sapone prolita gallinæ penna, vuluæ admota, nam illico abortum parit. Hæc omnia sunt maximè præcauenda, nam prægnantibus obesse solent.

*De Eychnijs, eorumq; prestigijs, & quomodo homines equinis, aliorumque animalium capitibus videantur.*

## C A P. XVII.

**D I V** multumque cogitavi, vtrum antiquis arcana huiusmodi ignorarentur, an veritati responderent, quæ de eis dicuntur, & ab impostoribus promittuntur: nec parum gauisus sum, cum inter antiquos multos compererim, quibus hæc fuere curæ, præsertim Anaxilao, Plinianæ assertioni fidè adhibendo: nec parum in his inueniendis desudauimus ad explendam nostram historiam, nec ab re fuerit eorum commemorasse, & in medium afferre, experientiæ accommodado: iis primò assuescat operator, ad alia paullatim deueniens: doceaturq; primò, quomodo videri possit omne, &

*Coloratum cubiculum:*

sed maximè id perpendendum duco, lucès omnes amouere, ne lumine illo impediatur, supereturque è lampade color emanans, & frustretur illusio: si die fuerit, claudantur fenestræ, ne aliquod lumen irrumpens præstigiū destruat. **V I R I D E** autem sic videbis: sit viridis lampas, vitrea, & pellucida, vt

K

per-

pertranserantes radij medij colore inficiantur, & (quod in hoc plurimum conducit) oleo, vel omnino quo vivit humido, immisceatur ærugo, vna ritè terantur, vt humor fiat vitidis, lychnus ex linteo, coloris eiusdem, vel è gossipio paretur vncto, lampade in illa peruratur, oppositum feriens lumen, viride omne, & intuentium vultus ostentat. **NIGRVM** autem omne si videre desiderabis: atramentum immisce omni, fuliginem vel simile: melius autem è sepiis immisissum atramentum, nam lucernis adinorum, si accenditur, atra lucet flama. Sic Anaxilaum lasissè fertur: sæpe enim ex atramento sepiæ astantes Aethiopes reddebat & nigros. **FLAVVM** si teres omne, vt auripigmentum, crocusa, lupinorū cortices & oleo permiscebis, & accendes in eo funiculū, flava lampade, croceum conspicias omne. **VIRIDEM** partim, flauum partim, & nigrum si præoptabis, hæc insimul permisceto: vtique tradit Simeon Sethi, si quis thryallida, id est, lucernæ stupam in sepiæ atramento, & ætis ærugine intinxerit, homines circumstantes videri, partim æreos, partim nigros, propter mixtarum rerum insersionem. At

*Domum argenteam & luminosam videre,*  
 si præoptabis, sic efficias: Nigris abscinde lacertis caudas, & stilla è fractura emanans lucida excipiat, è multis tamen plures adinabis, & papyraceū licium vel sparteuro inficies, & si poteris, oleo permisceto: sic argenteo colore omne videbis perfusum. Idem in omnibus imitaberis. Nunc vt institutum exequamur ordinem, reliqua trademus experimen-

perimenta, hanc sequentia seriem, ne cupidus legentium animos detineamus. Ut

*Facies insignis videatur maciei & palloris,*

sic faciliiter opus exequeris: Vitreo amplioris cratere, vetus valde infundas vinum vel grecum, intus sal iniice, quantum pugno quis capere possit, flagrantibus impene carbonibus sine flammis, ne vas rumpat, illico ebullire incipiet, candelam admoue, & succensetur, reliqua tunc extingues lumina, & tales astantium facies reddet, ut sibi mutuo terrorem incutiant. Idem in fucinis euenit vbi campanae conflantur, & metallica, tam enim opertum omne diro visitur colore, ut demitari contingat labia squallore pertusa, punicea in liuidum & nigrum commentia: A C C E N S V M quoque sulphur astantium medio collocetur, & fortius operabitur idem. Sic quoque Anaxilaum philosophum ludere solitum esse comperimus: sulphur enim calici nouo immissum carbonibus subditis circumferens, conuiuis exardescens percussu pallorem dirum effundebat. Id mihi saepe casu accidit, dum Neapolitano in agro Leucogeis collibus noctu deambularem: nam sponte ardens sulphur tales dabat vultus. Si quodammodo fieri posset, ut

*Astantes sine capitis videantur:*

Auripigmentum subtilissime tritura noua olla ex oleo sinas ebullire, nec ab se fuerit si sulphur immisceas operculo ollae imposito, ne croceus euolet vapor, id noua incendes hucerna, & astantes sine capitis & manibus videbuntur, oculos digitis comprimendo dum candelam accenditur, idque

paulisper videbis, vt fieri poterit. Si vis autem, vt  
*Equina vel asinina videantur astantium capita,*  
 difficile aggredieris opus: vincat tamen operis sedu-  
 litas rei difficultatem: Equo abscinde caput vel a-  
 sino, non mortuo, ne languida sit virtus, eiusdem-  
 que capacitatis fictilem fabricato ollam, oleo ple-  
 nam, iuique pinguedine, vt superemineat: os oper-  
 culato, tenaciq; munias luto, ignem subde lētum,  
 vt planè bulliens tribus seruetur diebus oleum, e-  
 lixataque caro in oleum currat, vt nuda spectentur  
 ossa: pila tundito, puluisque oleo permisceatur, qui-  
 bus astantium capita perungantur: similiter in lā-  
 padibus stupei funiculi in medio statuuntur, nec  
 propè, nec longè, vt res postulat, & monstruoso spe-  
 ctaberis vultu. Ex iis multa discas componere: sa-  
 tis enim dixisse videor, si diligens fuerit intuator.  
 Ex humano capite recenter obruncato electum  
 oleum, animalibus faciem hominis inducit, sic va-  
 riis animalium capitibus monstrosiora reddes cor-  
 pora, si iis accensis licis illustretur domus, quod fi-  
 do claude pectori: nam vti arcana ab antiquis cæla-  
 bantur, nec ita faciliter ex eorum eruitur dictis.  
 ALITER tamen docet Anaxilaus, nec irritè: E-  
 quorum virus à coitu accipitur, nouisque lampadibus  
 elychniis accensum, hominum capita, equi-  
 na visui monstrificè repræsentat: de asinis sic quo-  
 que proditur. Si c illud quod apriam vocant in  
 suis cum subant: acceptum enim & accensum  
 idem præstat. Si c animalium reliquorum auri-  
 cularibus accensis fordibus. Si illud perures, quod  
 dicemus sperma, eoque spectatorum facies perun-  
 xeris,

xeris, eorundem animalium conspicias capita, serua. Nec dissimili modo, sic

*Vua plenum domicilium videre*

poteris, & omnes vuarum illusionem decipientur : Cum deflorescere iam incipiet vua, vas puro plenum oleo accommodetur infra, cui racemum cum frondibus immergas, firmetur, ne hinc inde conuellat ventus, feriat illud Sol, operculum gypsato, & pelliculato, relicto tamen foramine quo petiolus intromittatur, ita immorari finito: vbi perfectam receperit vua maturitatem, linteo exprimitur, expressusque humor seruatur in oleo; solis diebus paucis, lucernis demum accensum omnia vis cernes plena, frondibus & arboribus circumvallari videberis, vbi fortasse arbores profus careret frondibus : In alijs vero fructibus vtitor, idem enim arbitror praestari posse.

*De multis lampadum experimentis.*

CAP. XVIII.

IAM aliquas lampadum experientias superesse video, quas licet visu non tam iucundas & mirabiles vt res postularet, ne quid omisisse videremur, recensere censuimus. Has nec otiosum vel inutile fuerit primae addere seriei. Vt

*Lampada quis accendens reformidet:*

Linteum fiat licium, cuius medietullo anguis senecta, ac leniter infractum sal accommodetur, alicui succendendum praebeto ex oleo: nam flamam sentiens sal dissiliet, anguina pellis distorquetur, cum coquitur, vt timorem incutiat pueris: sic canis

K 3 nis



150      M A G I A E      N A T V R A L I S  
nis & lupi, lupi & ouis corium obtortum simul o-  
leo si accendes, commouentur, innatam etiam-  
num fugientia simultatem, ab Alberto traditum.  
Si vis ut

*Lampade noctu rana taceant:*

narrat Albertus Delphini pinguedine, ac cera ex  
Sole alba confecto elychnio, ac accenso in lacuum  
ripis, statim ranas omnes silere. Africanus autem  
naturalius & certius in Geoponicis græcis, omni  
id ait euenire lucerna. nam si accensum posueris in  
ipsam, obstreperæ omnes ranæ statim contice-  
scunt. Solent impostores perforato pariete ranam  
immittere: inde charta cooperiunt, & in ea cor-  
uum depingunt, accensa extrâ face, vel admoto  
igne, incallescens rana coaxat ut corui voces imire-  
tur, sic depictum coruum crocitantem ostendunt.  
Fit quoque

*Licium, quod arcta imminente manu periturus, laxa vero  
extinguatur:*

E caphura aquam exugito, vitreis chymistarū va-  
sis, & ritè luto fabricentur spiramenta, ne in spiri-  
tus euolet, tali aqua intus perunge manus, & super  
flamam arctans pugnum comburitur validè, si a-  
peritur debilitatur lumen. Fit quoque hoc modo

*Lumen quo astra vagari videantur:*

Sunt qui testudinem vel centauream percurunt,  
eiusque flammæ fumo spectant stellas sic vagantes,  
ac loco dimoueri videantur vndique per cælum, id  
quod non ab eo solùm, sed à rei omnis euenit fu-  
mo, crassioris enim existens diaphonitatis, mobi-  
lisque imaginis forma à loco ipso variari videbi-  
tur:

tur: ideoq; fallitur visus, ac moueri putabit. Quòd si id mirabilius videri expetitur, ignem cælato, vt spectantem lateat, & pertranscuentes radij refrangantur, hinc multa ingeniosus aucupari poterit oculos fallentia, quæ è libris optidorum excipiet. Simile aliud cape

*Lumen, quo homines gigantum forma spectentur:*

Aliqui solani speciem, quam alchachegni vocant Arabes, delphini pinguedine conficiunt, vnguento macerari colligique in pastillos curant, & vaccini stercoreis flama perurunt debili, atq; è regione aduersantes, maiori hominum forma visuntur, quod maximè euenit, si spectantes decliui, spectati loco morentur altiori, vt pertingens radius hominis caput summa feriat tecti laquearia, eodemq; spectentur angulo, vt eiusdem videatur altitudinis, quod adiuuatur medijs crassitie. Sic sæpè noctu in crepusculis dubio sub Lunæ lumine, vel sub nube latitante, accidit in nemoribus, vbi lupi, & animalia cætera montium nemorumq; altitudinem superantes videntur, vt phantasmata putent. Et homines præambulantes viatoribus, luce sub modica pedibus terram, capite astra pertingere videntur, montium maximè adscensu, & cum propè sint, miliario ferè distare creduntur, tãdiu metum sub pectore seruantes, quandiu Sol adueniens illustrauerit omnia, nec distantia lateat. Ne me die quodam itineris longinquitas detineret, maritimum iter inire decreueram, mâne autè erat prius quàm diluculasset, incerta lux fecit, vt mea statura, quæ hominis perfectam non attingebat: nauæ

gigantum staturæ similis videretur: eminentior  
eram loco, & cymbæ gubernator se tam magnum  
portare onus inficiabatur, pectusq; cruce muniēs,  
clamantem me dereliquit, dumq; caussam exco-  
gitarem, iræ id mihi & voluptati fuit.

*De arte qua venena præcaueri possint.*

C A P. XIX.

N O S T R V M igitur vt exequamur institutum  
opus, iam ea tradere remedia fuerit oportunum,  
quæ exitalibus medentur venenis, cum ab iniquis  
sic fieri soleant, ineuitabilem aliquando inducant  
perniciem. Hinc quisque præcaueri ab eis poterit,  
nam irritum semper eorum faciunt virus, nec ef-  
fectus respondere sinunt: diutina enim experien-  
tia vera nouimus. Eorum nos aliqua pertractabi-  
mus, quæ quanquam haud vana, non tamē aliquid  
operabuntur, nisi & docta artificum manu tractē-  
tur, nec paruum operantibus noxam inferre solent.  
Natura vti vniuersalia, sic particularia instituit ve-  
nena. Enecat Pardalianches aconitum pardos &  
pantheras, & idem Thelyphonon Theophrastus  
vocat, quod scorpiones stupidos reddat, eosq; ob-  
torpescere faciat. supra radicem admortum, cyno-  
ctonon, & lycoctonon canibus & lupis carnibus  
objectis insidiantur: Methellas nuces gustatu ca-  
nes necare cōfestim est omnibus perspicuum. Sed  
hæc omittantur. Nos ad institutum opus acceden-  
tes, qui quærunt

*Plagam breui tactu inducere*  
pessimam, sic faciunt: Rubetam illam accipiunt,  
quæ

quæ in vepribus viuit, ac veluti tuberculis dorsum exasperat, quam bufonem aliqui vocant: hæc nocentior, tantoq; erit magis lethifera, quanto in opacioribus & frigidioribus locis vitam degerit, syluis & arundinetis, multum enim venenis iis infamis est, eam oblongum in sacculum immittunt, & sale, qui magnitudinem indicæ nucis impleat, manibus hinc inde captans validè exagitabit multum, dum emoriatur: inde sale exitiosum retinēs bufonis virus seruant. **V** **L** Rubetam in sale sepe liunt, ac per mensis dimidium in fimo detinent, sale seruatam esculentis eliquant: qui id esitaue- rit, internas percurrens partes, lædet, & sanguinem inficiet, & is breui morietur interuallo. Vel humido loco ad dissoluendum tradunt, taliq; madens linteus aqua, vel omne nudam carnem cōtingens, sœuissimam induit plagam. Hæc tamen talis erit veneni

*Antidotus.*

Sumito antè quàm florescat foliorum hyperici florentium, quantum manibus capi possint, ac veteri oleo Soli per hebdomadam apponito, tum calentis aquæ balneo per diem immorari sinito, ac stramine prælo succum exprimito, expressumq; eodem seruato vase, & iugem operam impendas: & cum flores deprimserit, & semē pepererit, tria hæc misceas: & vbi inferbuerit igni, scorpiones centum proiecto, viperam, & rubetam detracto capite & cruribus, id sub æstum caniculæ, igni detrahe, & operculatum vas, & pelliculatum Soli quindecim diebus apponito, cui deinde gentianæ radicis, di-

ctami albi, vtriusque aristolochiæ, tormentillæ, & reubarbari pares addito portiones, sic boli armeni præparati, & smaragdi puluerati pusillum, vas tribus mensibus fimo-obruito, nec tamen deficiat theriacæ optimæ duplum, inde per colum traicito, & in vas seruato stanno sublitum, eo cordis perungatur regio, hypocondria, pulsus omnes & dorsum, & illico ferarum omnium ictus facit irritos: vnde in iis, & inferius scribendis non aliud præsentius exhiberi poterit remedium. Sic quoque

*Leprosum hominem reddere*

possunt: Leprosi sanguis vel vrina capitur, in quibus si triticum diu steterit, vt affatim saturetur, eoque gallinæ vel columbæ obesæ, cui esui præbentur, lepra corripietur, & idem in morbis aliis contagiosis considerant. Vel ALITER: Cantharides capiunt, amianthum lapidem, & auripigmenti quintuplum: hæc thapsiæ radicis, vel syllæ succo conficiuntur, vt linimentum imitetur, & caligas vel lineas tunicas perfricant, & inflationem, vlcerationem, & lepram inducunt inuitabilem: proinde ab iis maximè cauetur, & si atrocius quærunt, vt pertinacius operentur, humanum adiungunt sudorem ex alis rufi viri & cholericus, aconiti succos, bufonum virus, vel consimile, breuis lethiferam inducunt plagam. Si ferrum horum maderit succo, virulentos & insanabiles infigit ictus. Sed talis erit optima

*Antidotus*

ad elephantiasin: Panis è clibano calidus infundatur in endiuicæ, lupulorum, & absynthij succo, a,  
ceti,

cei, & sulphuris in aceto infusi & exiccati tantundem, & in eo sesquifexta succi pars eupatorij, galegæ, id est rutæ caprariz, viperæ carniū pares portiones, aristolochiæ rotundæ duodecima pars, citri-corticum sexta, seminis eiusdem dimidium, & theriacæ par pondus conuicito, hellebori, & scammoni pulillum: omnia remisceto, & igni apponito, dum euolet humidum, ad usum reponitur, tribus semper diebus fumatur. Si quid verò cui remanserit, hoc vtēris linimento. Viperarum adipem habeto, seui hircini dimidium, vrsi pinguedinis pars quarta, caparorum olei tantundem, viui sulphuris pars sexta, lichenis quadruplum, acetum infundatur, & decoque dum strigmētosum fiat, inde cera linimētum effingito, & alternis diebus inungatur, dum pustularum squamę decidāt. Si optant homines

*Dementes reddere, vt facile alienentur:*

faciliter efficiunt vino, quod sic constat: Mandragoræ radices accipiunt, & in mustum adhuc feruens, & in bullas tumens dimittunt, operculum indatur, aptoq̄ loco tribus seruetur mensibus, cum eo indigueris, potui dabis: qui id hauserit, vbi multum profundo fuerit demersus somno, mente capitur, vt per diem non parum delirer: at post somnum soluitur dementia, nec malum defert multum, multumq̄ fuerit voluptuosum videre: periclitamini. Sic de cameli spuma ab ebrio potata fertur. Ita tamen, vt dicemus, sæuius demerant: E menstruorum profluuiū sanguinem capiunt foeminarum, perniciosior est tamen bilio-  
sarum

farum & sterilium, potiore retinet in se vim, cum siluestris cati cerebro remittent, integram sinunt cum sua nocte diem, vitreis inde vasis aquã eliciunt, & poculentis immiscent, & tamdiu infaniet, quandiu perniciosum destruet virus, & abiget, quod in mense fiet: & si volunt, poterunt sopitam rabiem excitare. Vel sic: Muris cerebrum, cati, vrsi, canis spuma, & vespertilionis optimè cum myrrha aliquo remixta vase fimo obruit, & exaggerant octo dierum spatio, per distillationem aquã extrahunt, qua potionata, memoria venefica proprietate tollitur, & intellectu carere facit. At longa ægritudine; vti

*Hæctice corripitur,*

si volunt, aquam ex his præbent: Plumbum in tenuem vertunt puluerem, vel in calcem, & cum sale acetum peracre fundunt, aquam igne stillatim capiunt, cuius in mense cyathum exhibent, idque sexies innouât, & hæctica eum inuadet tristis. Quod si exitialem longo moliuntur tempore morbum, sic faciunt: Cerussam, æruginem, lithargyrium, & minium, singulorum pares portiones capiunt: squillæ fucci, quantum satis sit ad ea cogenda, vitreo in vase ponunt, quo fimo quadraginta immoretur diebus, extrahunt: deinde hominis sudorem remittent, & esui morituro præbent: sic diuturno languore, & in longam temporis intercapedinem exitiosam detinent vitam. Tali autem infirmitate liberandi hæc est

*Antidotus.*

sic illicò morbus deprehenditur: Si in glycyrrhizæ deco-

decocto scammonij pusillum in puluerem redactum hauritur, liberat illicò egrotum. Si venenum præcesserit, sic facito: Aquam vitreis chymistarum organis exugito, è columbaceo stercore, & ex corticibus ouorum, quarta piperis parte, & thuis pauculo, ac lixiuij duplo è sarmentitio cinere confecto remisceto, & primo mensè septem diebus cyathus sumatur, vñdecim secundo, quatuordecim verò tertio, vsque ad sextum: & veneni extinguit vim. Maciem verò sic pelles: Aquam haurito ex herba personata cum remixtione nucleorū pinearum, diebus singulis ante prandium, donec sanitati fueris restitutus. Conantur quoq; mirum in modum

*Mortem, solum allicere, & aliter dolosè*

cùm eis yti libuerit, quis credet, quod aiunt, humani cruoris sæces detracta aqua, & arefactas cū styrace commixtas, & cubiculo in aliquo suffumigatas lethalem afferre odorem? Si c verò tutus fies: Cepam habeto candidam, quam excaua, vt excipiendis pulueribus sit apta, intus coniciuntur aloës partes duæ, tres verò agarici pulueris, claudito, & filo ligato ne dehiscat, inde ollè inditur, & acetum infunditur acre cum mellis dimidio, aquæ fescuplum, è rufi iuuenis stercore, & tantundem rosmarini coronarij, ollam operculo & luto stipato, clibano per dici quadrantem calidis inferueſcat ignibus, & prius quàm refrixerit, fimo quinq; mēſibus exaggerato, eximito demum, & per colū traſſito lineo panno, & seruato, si vini maluatici cyatho guttulas abſumes, tribus diebus liberat: si illicò  
suc-



succurris, semel tantum sufficiet exhibita. ALIA  
 autem sic parant venena: Rubetum cum aspide ma-  
 xime virulento, vipereoque; scatente veneno plumbum  
 condunt organo, quo aptius extrahi possit aqua: in-  
 de ambo acerbis verberibus excruciantur, ut ira ex-  
 candescant: intus euforbium & crystalli immittunt  
 spumam in tenues pulueres: inde leues subiiciunt  
 prunas, paulatim aquam distillando detrahunt,  
 plumbea seruant pyxide, cuius si quotidie exhi-  
 bent guttulam, in mense necat, sensim corpore ra-  
 bescente, magis vel minus, ut illius erit natura qui  
 venenum hauserit. Oportet autem aquae, dum eli-  
 ciuntur cauere, perniciosum enim & strangulanti-  
 halitum eructant, & respirando noxius extrahitur aer  
 ille, quibus succurres, antidotis, quae supra diximus.  
 D O L O autem necandi experimenta multa sunt:  
 unde ignorantes saepe necantur homines. ut autem  
 ab iis praecauere discant, apponemus aliqua: Aeneo  
 vase intus stano, vel plumbo non illito veterem con-  
 dunt rubetam: execrabilis enim est virulentiae, &  
 cum eo simul lineum immittunt pannum per dies  
 aliquos: & eiusdem sanie inficitur, quae ore vomitur:  
 quo si naturae hostium post coitum abstergeris,  
 breui interit ictu, cauetote qui inimicis luxuriatis  
 mulieribus. Surdi aspidis sputum illico necat, &  
 marini canis fel. F I T & alia necandi techna: Ar-  
 genteam pateram accipiunt concavam, qua rube-  
 tam cooperias: inde lentum supra admovent ignem,  
 paulatimque decoquunt: orti enim vapores &  
 virus, quod eructat noxium, per argenti poros  
 combibitur, si in ea poculum subministrant, cau-  
 te le-

tē lethalia fumentes pocula necabit. Est & apud eos cautior interficiendi modus : Equorum ē cauda seræ minutissimæ inciduntur, rebusque aliis permixtę esui præbentur, quas dum digerere tentat, ventriculi & intestinorum hærent plicaturis, & putrescunt, & cautè longo occidunt tempore. Sic gallinas, columbas, mulieres, vel animal aliquod cum eo conuersari solitum venenolunt aliquo, dum paullatim in alimoniam conuertatur : vti de puella dicitur Alexandro missa, & de gallinis hyosciamo, & de coturnicibus veratro depastis, nec dignosci potest. Hæc narrasse sufficiant. Id tamen mirè occurrit, dum hæc agerem. Rubetæ lapidem arte quadam electum, si quis cum veneno glutierit, innoxium ab eo seruat : circuit enim cum veneno, eiusque vires hebetat, inefficaces & irritas reddit. In capite senis & magni bufonis lapis est, cuius gratia interficitur. Sed tali elicitur pacto : In cauea reponitur puniceo in panno, & Soli exponitur ardenti, & aliquando verberibus aëris paullatim excruciat, dumque ipsi feriendo relaxant se, capitis onus ex ore deponunt, hoc è medij foramine in subiectum vas dilabitur, alioqui ea est aliis inuidissima natura, vt lapidem, nisi tolleretur, resorbeat, sed os potius est quàm lapis, fuscum, oblongum, & ex parte cauum. & probatur sic : Bufoni admouetur, hic eleuatur contra illud, & si potest attingit, & saltu eripere nititur, sic ab eis expulsetur.

N E C minus inter arcana reuoluuntur somnifera experimenta, maximaque sunt apud eos estimationis, qui periclitandis experiendisque rerum virtutibus operam impendunt, leniendo per somnos aliquorum dolores: nunc omnes ferè abutuntur, vt onusti cibo vinoque profundiori somno sopiantur: è quibus aliqua ingeniosis trademus, quæ veritati nobis propiora visâ sunt, vt ea noscere & componere discant. Principiò ea sunt consideranda, quæ somnos accersunt: vti papauer, hyoscyamus, methella nux, mandragora, & iis similia: & si possunt nidore abhorreri, styrace, moicho, aliisque immisceantur odoribus, si comedenda vel haurienda fuerint, liquida crassaque conficito, & quomodo possint foris somnos conciliare, caput feriant, & tentent. Vnde quis

*Somnos conciliare*

si voluerit, sic poterit. E recenti opio, nudisque alij capitibus aquam vitreis vasis stillatim accipias, aliis permisceantur, ac dormituro detur, quantum capiet nucis testa: potionato enim illico medicamento caput vaporibus oppletur, vt in soporem cadat: nec minus operabitur mandragoræ aqua, feruenti extracta aquæ balneo, nec potator nidore offendetur. A L I V D ad somnos violentius ex his fit: Opium patetur electum, cum methellæ nucis æquali pondere, nigri hyoscyami semen, dissoluantur lactuce succo, præstantius autem aqua, sub fimo obruta aliquantulum dimissile oportet.

inde

inde vasis distillationis aptis accommodato. Vbi autem occipiet feruere, aquam elcito, fæces seruato, calidisque cineribus exiccato, vt in tenuem vertas puluerem cribro excutiète, dulciaqua deinde lixiuum acre conficito: inde omnis igne vapor euolet residens, cum prius reseruata immisceatur aqua, & esui vel potui accommodetur, non eadem, sed pauciori quantitate, quàm quæ supposita est, abudè est sumpsisse, nec aliquibus exhibeatur, nisi magna necessitas vrget. **VEL** mandragoræ aqua, opium, & papaueris semen cum allio, vel rebus caput ferientibus remisceantur: è quibus quod fabæ magnitudinem æquet, satis est sumpsisse. Fit quoque sic ex omnibus

*Pomum somnificum,*

quod constat ex his: Opio, mandragora, cicutæ succo, hyoscyami seminibus, vini fæcibus, quibus moschum adiciatur, vt odore electum olitorè feriat: in pilas conglobato, quantum pugno quis prehèdat, hoc sæpius odorâdo, lumina somno demulcet ac ligat. Qui id autem statis efficere certât horis, frustra conantur, variæ enim sunt hominum temperies: qui verò id affectarit, similibus periculū caprato, paremquè operâ impendendo, inops fruatur. Ad retundendam eorum læuiriem, satis est præfidij, si tale ex aceto dissoluto vel distillato tempora, nasum, & testiculos perunges, vt eorum viuio inops sopellant, ac soporantem excitent.

*De mirabilibus quibusdam experimentis, quorum nec veritas sciri, eausse possunt, nec semper experientia respondent.*

**CAP. XXI.**

**L**

**OPR.**

OPERAE PRECIUM me facturum existimaui, si multa, quae superiunt experimenta, auditu mirabilia visuq; describero, eoq; fuerint mirabiliora, quo causae cognitio minimè haberi possit: vbi certò scro me in scolorum ignominia incidere, cum ferè fieri non posse videantur, nec ita facile respondeant experientiae. Nos vti à veteribus accepimus, ita exponemus: multa enim adiciemus, vt veritatis aliquatulum habeant. Sed ne quispiam fortasse minimè credendum nostris sermonibus arbitretur, optarim quidem (id quod istis praestabilius esset) laboris primum munus hoc subirent, tamdiu periclitantes, dum experientiam nanciscantur: dispersa vndique dicta decerpant, vsui accommodent, ac exploratorum dictis sedulas adhibeant aures: maiora enim & creditu difficiliora reperirent, ac me vera retulisse cognoscerent. Vt ea autem apponamus, sic possumus

*Mulieribus lotium comescere.*

Extat enim in pastinacae piscis cauda aculeus quidam, quo nil in mari execrabilius esse auctores scribunt, mira operans multas: inter haec id retinet, si mentem adhibes, mollis vbi terra vel horti fuerint, ac meiet vetula, illicò ibi aculeum defigens, vt totum abscondas, tamdiu ei lotium prohibebis, quandiu scrobe effosa detrahes; pauculis enim immoraberis diebus, & extemplo meiet, sic vetulis saepe iuuenes urinam retinent, si alicuius vsu interdixerint. Si vis autem

*Comina ne accumbentes edant,*

sic fiet: & quanquam minus veritatis habeat, non tamen

tamen omittam: Acum habeas illam, qua mortui sæpè linteis obuoluti relatiuntur, ac sæpè eos perforauerint, clam cœnæ initio sub mensam figas: prohibet enim hæc conuiuarum esum, ut accumbentes potiùs cœnæ tædeat, quàm edèndi vel sedèndi voluntas insit: detrahe ubi eos aliquantum irriferis. Nec tamen præteream, quod Florentinus in suis Georgicis tradidit, nec omnino falsum experientia redarguit: ideò nec scribere spreui. Si vis ut ne edant mulieres: Ocimum cape, cum id operari nobis sit animaduersum sæpè, & tam mulieribus aduersari, ut si quis ea ignorante, sub obsonij patinam integram cum radicibus plantam supposuerit, obsonium mulier attingere non audeat, vel agrè, nisi ocimum fuerit ablatum. Tunc

*Pistor panem in furnum non immittere*

potest, & experiri si vis: Suspensum furis laqueum habeto, ubi habueris, in instrumenti parte illa deligato, quæ furnum subintrat: si pistor in furnum panem immittere quæsierit, hinc inde discurrens, verum nunquam reperiet iter: & si immiserit, foras eicietur pala, quod mirabile videbitur valde, minus verum. Sed mirabilius fuerit

*Homines & mulieres ligare, ut ad concumbendum impotentes sint:*

sed quid de Alberto diceretur? qui in libro de animalibus virgam ait lupi si viri vel mulieris nomine ligaueris, adeò ad veneris munus explendum imbelles fieri, ut verè videantur eunuchi, donec solutus fuerit nodus, quod forsasse ridiculū haberetur,

tur, nisi falsum quotidiana probaret experientia, & vulgò iactaretur: Sic autem solent aliquando paulisper

*Mulieres valde latari,*

cùm leporis adipe lampades accendantur, ac mulierùm medio inorentur aliquantulum, nec e-  
nim latantur, vt saltent: id tamen rarò operatur. Si  
volumus.

*Furtum cognoscere,*

sic possumus, & subreptam illicò rem recuperare: Est lapis, qui Aetites dicitur, & veluti prægna's est: nam eum quatitur lapillus, in vtero sonat: si quis ergo terit eum, & subcineritio pane decoctum, & conditum furi offerat; fur mansum deuorare non potest, quia etiam cogitur, aut suffocari, aut fur deprehendi; quippe eum eo decoctum glutire acquirit. Sed

*Canes ne latrent,*

si vis: Nigri canis oculus viuenti iam ipsi detrahat. si tecum deinueris eum, aliis adhærenti canibus, vel iuxta eos ambulanti, nec adlatrabunt, nec foràs voces emittent: quod fortasse euenit odore oculi: Violentius operabuntur, & tutius deges, si oculis vel luporum corde comitaberis. Sic quoque dicitur de hyænæ lingua in manu detenta, nec solum illa canes elingues, sed gestantem ab eis incolumem reddit. Vbi autem libuerit

*Grandines imminentes & tempestates abigere,*

Philostratus ait: Si speculum incumbenti nubio-  
renditur, præterituram grandinem: Palladius au-  
tem pellent hyænæ, crocodili, aut virtuti marini, si  
quid

quis per possessionis spatia circumferat, aut villa, aut atrii suspendat, cum malum imminere videaris, non cadet grando. Si quoque palustrem testudinem dextra manu supinam tuleris, vineam perambulans, reuersusque eodem modo illam in terram deposueris, & glebas dorsi eius obieceris curvaturæ, ne possit inuerti, sed supina permaneat; nubi obuiabit, & grandinû minas cohibebit. Hæc autem ex veterum monumentis excerptimus: quantum enim indecora (bona eorum venia dicemus) & quæ fieri nequeunt, & risu digna fuerint, considerandum ingeniosis relinquimus. Naturalius autem & aliquatenus impedire posset maximus campanarum pulsus, vel machinarum bellicarum strepitus: ærem enim diuerberantes & scindentes, fortasse consistentiam nubium illam dissiparent & abigerent: quod in pestibus putant faciendum multi, ne amplius nubium dēstitas inuoretur. Democritus autem ait imbres & tonitrua derepente fieri, si caput & collum chamaeleontis ligno vratur, quod appellatur robur, idque ipsium usu venire, si iecur eiusdem animalis in summis regulis vratur. Putat autem Gellius talis ridiculæ vanitatis, potius talem Plinium ei impigisse notam, quam à Democrito nobilissimo philosopho scriptam. At si vis

*Homines longa falcatione torqueantur,*

vel risu, ploratione, cantu, aliisque affectibus, sic rite poterit euenire, naturalisq; magis habet causas. Sed ut hincere possit experimenti ratio, prius pauca dicenda sunt. Est phalangi genus quoddam,

L 3

quod



quod à Tarento in Apuliæ partibus tarantula dicitur: vniuersa enim regio sic eis laborat, vt perpauci sint, qui euadant: eorum morsus acerbior est, quàm vespæ ictus, & homines, qui ab eis iciuntur, diuersis affliguntur casibus: multi enim perpetuò canūt, illacrymant, delirant: sed omnes ferè saltant. Meliores enim dum operi accubunt, ignarique doli, sæpè acriter percutiuntur, musicisque adhibitis modulis animum delinquentibus permulcentur, eisque in sanitatem restituntur: In quibusdam enim cauernulis vitam degunt, easque in segetibus cõduunt, sic faciliè capies: Arundinum foliis ore sibi tum effingas, vt muscæ voces imiteris: vbi illud animal senserit, exit illico: nam sæpè eis depascitur, vt aranei, qui amplissimas aridificis in nostris telas contextunt, & muscis pandunt. Caput in puluerem ritè vertas, illius puluèrem, quantum quis digitis duobus prehauderit, aliis remisceat pulueribus, ne sumentem ostendat, venenum est enim: vbi illud absorpserit, ad tripudium saltationemque concitabitur, præcipuè si tonis fuerit allectus. Sed vt

*Herniofo crepitum testiculæ*

si optabis: Vbi eum igni accedere conspicies, & calescere, sambuci vel ficus igni viridia immittito ligna, vt comburantur: sic enim crepitum dabunt, vt secedere illic cogant. Ad id euenit, quam eruffat, aura, illi venio simili, qui quoque eis officere solet? At exploraturus, an

*Mulier sit casta,*

quod vulgò inter scriptores iactatur, sic fiat: Cum casta-

castitatem coniugis prodat hic. magnes lapis : diu enim seduli diuturna. exploratione cōquiliuimus, & experientiis clarè nouimus, non eos temerè sic protulisse, vt quædam quoque de lapidibus experimenta, quæ sæpè admirati sumus, sæpeque irrisimus. Magnes hic lapis, si dormientis coniugis capiti supponatur, si casta est, dulcibus vtrum derinet complexibus : si minus, tanquam manu pulsa è cubili proicitur. At. postquam in huius mentionem lapidis incidimus, & si maxime fama notus est, quæ de eo nouimus experimenta non iniucunda in medium afferre diximus : nec incongruum fuerit, si huic quoque seriei connectam. Magnætem à Magnesia puras Lucretius dicit, Heraclium alij ab Heraclia ciuitate, vel ab Hercule: Sideritum verò, quod ferrum trahat. nam Græcis *σίδηρος* ferrum vocatur : tanta enim auiditate ferrum allicit, vt demirari sæpius spectantes contingat, & ob id ab Anaxagora animatus dicitur : quod si supra, & lateribus accommodabis in aëre, pendulum stabit, tamen si nullis idipsum rebus ab inferiori loco suffulciatur, nec supernè visibili nexu colligetur. Hinc Dinocrates Architectus Alexandriæ Arsinoës templum concamerare iuchoauerat ; vt in eo simulacrum eius è ferro pendere in aëre videretur : aiuntque Græci in Serapidis templi. fornicibus Alexandriæ magnetem esse fixum, aneamque pendulam statuam tenebat, vt quæ ferrum haberet in capite. Nec solum ipse attrahit ferrum, sed vim infundit, vt tractum trahēs videas, hoc autem aliud, & sic virtus illa propagatur,

gatur, ut sæpe decem se mutuò contingentes anulis trahatur, ut anulorum catena videatur interdum, & pertinacius hærent, quàm ut auelli queant. Tanta inest trahendi vis, quod non solum per contactum trahit, sed eminens multum: nam si æquilibrium ferrum steterit, nec in revolutionibus impedimentum habuerit, ac sub solidam tabulam palmi crassitudine mouearur lapis; moueri videbis ferrum, & lapidè insequi: nec leues hinc eueniunt doli, ut sæpe videant mulieres motum hinc inde ferubaceum, vel cereum puerulum in phiala ab impostoribus, putantes dæmona esse, ac digito per circumscriptum alphabetum de dubiis responsa præbentem. Vel ceream nauiculam amplo in cratere aquæ pleno remis agitantiem, ac hydromantiz speciem insimulant. Quàm mira in prodigiöse Naturæ gremio latent: inest ei, & præstantior virtus: nam si eo ferreus obelus perfricetur, & liberum trahit: æquilibrium, quasi sentiens ad meridianam dirigitur, mundi verticem pertransuentem. Huius commoditate & vîu tam vasta sulcantur æquora, eo iter ostendente: Siquidem maiores nostri Solem interdum, noctu sidera obseruantes nauigabant: non enim aliter medio oberrantes pedago mundi plagas conspicerè poterant. Multi rationem huiusmodi virtutis reddere conantur, aiuntque ferrum trahi, quod ordine ad cælestem vrsam magnes multò sit ferro superior: vel eam ad terram descendere nequeat grauitate, idque alio impedimento negetur, tunc circularis motus violentiam fugiens, cum nulla alia ratione assequi possit,

possit, quam ut axis fiat mundi, tali enim modo nulla cæli motus intorquetur, & sic è lapidis parte contactum ferrum ad Boream dirigens, si quæ contrariæ in situ partes sunt in lapide, ita ferrum eo tactum ad Austrum dirigitur. Quocirca diligentissimum esse oportet: nam si veram experimento non noscis lineam ab Austro ad Aquilonem, quò ab ea elongabitur: eò ad Occidentem, vel Orientem inflectetur. Vidimus quoque ad ortum, Solisque occasum moueri, à loco tactum inter hos medio: Vnde si ferrum Borealem tetigerit partem, & ad Australem admoueris partem; in Austrum abiges, & è cõtrario. Hinc dirimitur dubitatio, an ferrum magnete tactum: stellæ in extremitate vrsæ caudæ, an verò loco, quo tota innititur cæli vertigo, moueatur. Hinc fortasse euenit, quod à scriptoribus narratur, ut ferrum Australi parte fricatum, Borealem propellat, tanquam si duo fluxerint lapides: Vti Theamedes, quem nasci vult Plinius in Aethiopia, in monte quodam non longè ab eo, à quo magnes dicitur, quod ferrum abigit: ut miræ potius scribere curent, quam vera, cum præsentem nemo inspectione viderit. Est quoque omnibus dubium, cur nauigantibus verum ostendet cæli æquidistantem linea ad ortum directa, dirigat verò postea nauem, non illi, sed ei per æquidistantem circulum. Ipse alio perunctus maximas huiusmodi dependit facultates: quod præstantius in nauigantia pyxide conspicitur: ut nauæ, qui cepas edierint, ab eius obseruatione depellantur: inebriari enim dicunt. Nos non inuicendum casu inueni-

mus experimentum, vt arenam albam à nigra separet, vel alio discrimine notabilem, & fortasse experimentum hoc antiquorum, fuerit, quòd magnes, & ferrum, arenam, oleum, & omne traheret. Tandem eius commoditate per longinqua interualla alloquuntur simul, & simul nunciant.

*Vtrum mulier intacta, an coeua, vel puerperia maculata sit, nouerit ratio.* . . . . . CAP. . . . . XXII.

Atque ab his rei experimenta attulit prisca ætas, illa, aliqua verò & posterior, paratu facilia, mirandaq; vt homines visis potius sensum negare, & se stultos faceri, quam veritatem comprobare audeant, quiq; desiderio huiusmodi demulcentur, inuestigationis oblectatione tenentur, & doctrinam hanc auidissimè siciunt, capiant, conficiendi normam, videantq;

*Experimentum:*

gagatis lapidis (qui frequens est nobis, quo globulos cingimus in corollis precatis, ad numerandas vel explendas preces) natura, vel ipse pilam quidam, ac setaceo cribro transmissus, in tenuissimum redigatur puluisculum, inde ex aqua virgine hauriatur: si est illico lotium, & retinere nequit, corruptæ virginis indicium, eamq; defloruisse prodit: si viri non adhuc congressus, vel puerperium passa fuit, eam compefeit, & acèius cohibendi datur facultas. Ne o minus inualde, id manifestat succinum album, seu crystallum, quod electrum vocant, si in puluerem redactum ieiunè ex vino sorbeat, & ad interiora feratur. Nam si carnis senserit maculam, mouet urinam.

Passu-

Possunt sic expeditius huius rei capere experi-  
mentum

*Idem sufficit.*

si portulacę semen, vel personatę folia, quam vo-  
cant nostrates lapatium, ardentibus prunis in-  
spersa, ad suffimenta substituantur, & virginita-  
tis fumus proditor surgat: tunc infundibulo a-  
liove instrumento paulo vulvę ore sursum peri-  
meet, proiciet ex ore urinam, & meies, nec re-  
tinere valet, si veneram passa est labem: Si vene-  
ris ignara, fumum irritę recipit, urinam tenet, &  
virginitas deprehenditur. Si quis autem ioci gra-  
tia, non meiere solum, sed semen mulierem emite-  
tere volet, hoc efficit: Agallocum, quod xylalod  
dicunt, serretur, vel præcidatur, eiusque ferratu-  
ram visis carbonibus affratim inspargito, ac peru-  
ni curato: recipiat fumum mulier, ac vulvę me-  
tus subiens, effluet late semen, nec iniucundum e-  
rit specimen. At si aliter & mirabilius vltro atque  
invito vis, ve

*Mulier in somnis patrata narret facinora,*

quod Democritum quoque sensisse video, magis-  
que in mulieribus quam viris prævalet, cum ad  
loquolam promptiores, & loquaciores sint. Noctę  
inimpesta, vbi profundo mulier fuerit demersa  
somno, lucifris ranę linguas: sic etiam nudo silu-  
stris anatis, bubonisque (quia noctu loquuntur) pe-  
ctori, supra cordis palpationem admoueto, im-  
morari sinito, & quantum poteris interrogato, nec  
reiterare pertædescat, si illico responsa non præ-  
beat. Namque erumpens tandem vox cordis secreta  
mani-

manifestat, interrogatis omnibus vera semper responsura: simulatis carminibus aliqui euenire tradunt, cum id omni abdicata superstitione operetur. Dij immortales vnde hoc euenit, vt sic efficacissime operetur. vt in somnis ea liberè narret, que vigilantes incassum conamur? quis hoc fieri posse credat? leniter tamen ad eam accedendo, loquitur blandè, in necessariis utitur.

*Quomodo discipulos, & puleri fetus gigni debeant.*

C A P. XXIII.

MAGNVS est animi effectus, vel vis imaginationis, maximus verò dum sui in excessum fertur, vt id assequi cogitatione minimè queas. Genentes vterum mulieres, cum auidissime cupiunt, vehementer excogitant, spiritus immutant interiores, & in his excogitate rei pinguntur imagines; ij sanguinem mouent, vnde in mollissima fetus materia rei imagines exprimunt, sic partus in perpetuum maculis variisque non inficiunt, nisi desiderio refricato quiescant. Ideò non impunè rerum exploratores exquisiuere, ita signari fetus, vt cogitat anima, & maxime in præcipuis actionibus, vt in maris congressu, spermatis eiectione, & aliis. Ideò homini cum in sit cogitationis velocitas, animique celeritas, & ingenij varietas, multiformes imprimi notas: plures iccirò in homine, quàm in cæteris animalibus differentie: aliis enim cum immobiles sint animi, singulis in suo genere similia procreandi datur facultas. Hanc animi vim, & cogitationis rectè nouit iacob, vt sacræ testantur litteræ. Nam

*Pecudes, vel equos discoloros*

progignere quærens, id efficit, quod imitari omnes rubeo, qui idem cupiunt: ipse virgulta, ac perticas populæas, amygdalinas, quæ uè faciliè corticibus spoliari possunt, edolatas, corticibus interieptas, circulis redimitas & sinuatas, uti colubros albo nigro ve interstinctas colore, in canalibus iuxta aquas, in pascuis, & præsepibus fixit, ubi grex ouilli pecoris stabulabatur, ut coitum ineundo, & oculos circumlustrando, nil nisi virgas aspicerent, ut quos dabant fetus, diuersè essent colorati, & passim candida vellera pullis infuscarentur maculis, non iniucundum visu: sic lanigera omnia animalia, vel uniuersam pecus. Præualet hoc in equis, idq; plurimum obseruare, qui huiusmodi curam habent, & ad coitum equas admittunt, & equilia, ubi coitum explet, tapetis & pannis, variis depictis coloribus exornant, unde discoloros equos, scutulatos, spadices, diuersèque coloratos efficiunt. Docet quoque Aplyrtus: Equam colore aliquo contegas, qualem futuram pullationè referre vis, siquidem qualem vestitu colorem ipsi mentiuntur, in talem enata progenies degenerabit: nam conscendens equus in coitu, colorum spectaculo detinetur, qui oculis aduertabitur, & talem dabit feturam, ut tergoris diuersitas maculis euariet, totidemq; visuntur colores, quot in exemplo fuerit, purimumque emaculato blandiuntur colore. Sic etiamnum

*Pauones, reliquæque pulli albi*

generantur: Si auaritia, vel carceribus concluduntur, eorumque cubilia tectorio inalbentur opere,



pere, vel albis linteis & velaminibus protegantur, & exiguis cancellis præpediantur, quò minus iis locis fugiant: rectè pauimenta sunt euerrenda, ne nisi alba penitus conspiciant: cum coitum ineunt, excubant, ouaque fouent: sic albicantem dabunt sobolem: idem in aliis facito. Hinc sollerti euenit excogitatu, quónam pacto

*Mulieres pulcros pariant filios:*

Prodidit Empedocles mulieris in conceptione visionem fetum conformare: nam sæpè imagines & statuas adamarunt mulieres, quibus similes fetus ediderūt, & sæpè scriptis proditur mulieres nigros & villosos peperisse filios: & caussam homines rimati, vbi multa diuexarūt ingenia, picturas in parietibus reperere ex aduerso existentes, quibus femine dum venereo fungerentur manere. oculi detinebantur, eaque cogitatione animus affectus, similes feturas referebāt. Vnde quod vsu venit, memorię mandandum iudico, & quod maximè salutare remur esse, & sæpè occurrens omnibus præcepti, vt in eorum conspectu, Cupidinis, Adonis, & Ganymedis effigies pendeant, vel materia parētur solida: inde venerem exercentes mulietes, animo versent, & fortissima imaginatione animus rapiatur, & gravidæ diuinius cōtemplentur, & partus inde genitus eum inuitabitur, quem ipse cōeuntē mente conceperint: nec parum id profuturū leuō. Cūm id sæpius præcepissem, audiuit mulier, statimq; candidum marmoreum puerū, beneq; formatum ante oculos sibi proposuit: talis enim exoptabat formę puerum, cōeundo & vterū gerendo, quam

quàm sæpissimè animo eum deuoluebat enatun-  
que postea tetum ostendit mater obesulum, nec à  
marmoreo simulacro dissimilem, ita patientem, vt  
verum imitaretur marmor: & veritatis experiètia  
patuit: aliquæ artificio sunt laudatæ, successusque  
fauit. Ne sint præterea inordinati coitus, nè in  
latera, sursumque fiant, plerisque enim hoc in causa  
fuit, vt diuersa orientur monstra.

*Monstra quomodo gignantur, & de vi mira putrefactionis.*

C A P. XXIII.

NEC ita facilius dabitur monstra producendi  
modus, quàm è suprà dictis. Si quis autem id sum-  
mopere affectarit, multas patefaciemus talia pro-  
ducendi vias. Principio putabat Democritus, ex  
plurimorum commixtione seminum, cum hoc  
antè, illud postea iactatum vteri partes subingre-  
ditur, & simul confunduntur, dissidentque mem-  
bris, vt biceps homo, & multimembra gignantur  
animalia. Empedocles autem responsa omnia  
præoccupando verum concepisse visus est: Ipse  
enim ob seminis redundantiam, aut defectum,  
aut ob principium motus, aut in plura distribu-  
tionem, aut ob imprægnationem, monstruosa ait  
animalia gigni. Straton autem ab adiectione, ab-  
latione, transpositione, aut sufflatione id euenire  
tradit. At medici quidam id vuluæ adscriperunt,  
quæ sæpe flatu imbuta, subuertatur. Natura sagax  
in animalium efformatione membra primùm ef-  
fingit, quæ in corpore principatum obtinēt, postea  
ex impendenti materie, nunc parcius, nunc pro-  
fusius

fufius operatur, vt fe fibi suggerit: fic defectu coërcita, vel redundantia superata ab incepto impenditur opere, vnde partus producit monſtrifica labbe affectos: vt in arte ſæpius perſpicitur: nunc mutilata, vt claudos, monoculos: nunc ſuperflua, vt hermaphroditas, quaternis oëulis, totidē brachiis, totidemque pedibus: ſic que fortuito vel arte ordinantur, adiuuat ipſa, & inchoatis dat finem. Tibi autem, qui cupidus arte quadam mōſtra in lucem prodire deſideras, vt ex exemplis condices, multa horum trademus principia: cogitato, & exoriri, quæ conſequi poſſibilia fuerint: ſubſcribet enim natura votis, opereque delectaberis. eaque euenient, quæ nunquam putaueras, anſamque præbent cōficiendi, quæ veritæ descriptionis, & potiùs admirandi, quam profani ſunt operis. Exuperantia primo, quoniam fiat modo

*Pullus gallinaceus quaternis aliis enaſcatur, quaternisq; pedibus.*

Quod docet Ariſtoteles: Oua illa ſeligito, quæ bina comperies retinere boleta, pellicula quadam non tenui intercurſante, ſed albumina continuentur, quæ fecundiores ſæpè gallinæ aſſolent parere, ex magnitudine cognoſces, patetque intuentibus Soli exponendo, exuberante iam materia productum, ex plurium ſeminum comixtu, ſemenque habeat pullorum, glaciēti gallinæ iam excubanda ſupponas, vt ſuo inſeſſa foueat ea, claſſo iam debito tempore tales excludet fetus pedibus aliſque quaternis, curabis vt commodè educentur. Si autem mēbrana diſterminabitur, gemini diſcreti pulli

possunt generantur, sine vlla superuacua parte. Sic enim & biceps nascetur serpens, & animal omne quod ovo excluditur: si tale euenerit, non mediocris erit admirationis: sapius enim monstra in prolificis animalibus & multiparis, quam in minus fecundis, & imperfectioribus animalibus, in aliis vero facilitas generationis praeualet: unde in vitioribus animalibus facilius monstra prodeunt, quam in nobilibus. Sic quoque aliter generare possumus

*Animal e diuersis commixtum,*

quod facile eueniet, vti de fructibus docuimus: sed hoc pacto rem aggredieris. Animalia quæro multipara, id est, quæ plures edant vno nixu fetus, & quæ maxime satatia sint, & in quibus vincat coeundi voluntas, mares formipis obsequia sollicitent, committeri inter se curabis, quibus par quoque sit corporis magnitudo, gestationis tempus æquum, vel sanè non longè diuersum: sic ex alienigenorum inter se animalium congressu, diuersa prodeunt semifera monstra, multiplici naturæ varietate. Ex lupo enim & cane generatur fera, quæ crocuta dici solet, producendique eius modum docet Aristoteles. Læna cum pardis coit, unde ignobiles generantur leones, non iubar & maculosi fetus, vt refert Philostratus. Cum pantheris quoque coeunt lupi, sic animal gignitur bigenere, quod Thoes dicitur, maculosa pelle pantheram refert, facie autem patrem, quod tradidit Oppianus: sic vrsape, lupo, & tygride, simia leon: & similibus, vti crebro græcè dici solet, semper non aliquid Afri-

M

cam

eam afferre; ob aquæ enim inopiam egestatemque siticulosis in regionibus, è longinquo coguntur bibendi gratia in unum congregari, vi, aut voluptate ad commiscendum cogente, & mihi è varia seminum mixtura, variis subinde animabû nasci formas, nec tales fetus Africæ regionibus tam prodigiosi habentur, cum familiaris sit incolis eorû partus. in nonis igitur procreandis exemplis utitor. **I T E M** in Aeliano legi, apud Sybarim pastorem fuisse nomine Crathin, qui cum capellâ omnium formosissimam deperire cepisset, & libidinis æstro acrius excruciaetur, eandem mirè inibat, ac uti amicam amplexabatur, nō citra suaviationem crebram, idemque capellarius amator, padulû lætius arcentiusque obiciebat, ut illi suavior fieret anima: inde ex concubitu brutino natum ferunt infantem, cruribus matrem qui referebat, facie autem patrem. **P V L L V S** autem è diuersis cōmixtus sic eueniet: Marcum palumbum cum gallina eorū curabis, pullusque emerget non iniucundus visu. Sic quoque è perdicibus, gallinis, phasianis eueniet, diuersisque accipitribus & pauonibus. Dabit mixtum setum gallina, sibi que similem admodum, eique, quo prolificum acceperit semen, At si defecerit matrix, sic dabitur

*Ornithi ex cubatio circa gallinam.*

ut docet Democritus. Columbarum vel gallinarum stercore ratis, atque in cerniculo subtiliter tucto, obruantur oua, non irrita tamen, ne simul collidantur, sub stratis eorum pennis, & circumpositis cubilia exruantur; turbinatio quorum

pars sursum vergat, & vicenis quaternisque horis, alternis vicibus innovato circumvolvendo, ut aequabiliter concalescant, his efficitur effebere sunt solidae, loco calido & repente ferventur: ubi his denique dies elapsi, & completi fetus, & pulli rostellis omnia percutere inceperint, auscultata num pipiant, saepe enim propter eorum putaminum crassitudinem erumpere nequeunt, vel rimis fatiscunt: testas tollito, & gallinam indueto. E. v. si collibuerit, aliter potes: Ova tepido demergas fimo, senisque diebus recessa subvertito, ne senescat, sed tepore suo foueat, & gallinam calorem insteterit, vertendo semper, donec excludat, qui quaerantur pulli. Sic & repente clibano: Si quis cognoscere affectarit mare progigni an foeminam, sic cognoscet: Aristoteles ait, & probat Avicenna ex orbitulari breuique ovo mas, ex oblongis acutisque foemina progignitur: & suffragatur ratio: nam virtutis perfectio in masculis ovis aequaliter abit, & continet extrema: in oblongis a centro longius abit materia, in quo est vitalis calor. Nec inficior artificio ingenioque enasci posse.

*Animal visu & tactu insciens,*

ac si regulus vel catoblepa esset: cauetoque qui producere tentas, ne in te periculum recidat, quod facile evenit iudico, si illico nefanda lues in hircem prodians, vi tabidi aëris matricem interfecerit: Secunda mergeto ova, ubi arsenicum, vel serpentinum virus eliquaveris, venenaque caetera mala, per dies aliquos immorari finito: valdeius operetur inuis, si rite apposueris, glaucis subtricienda curato, manibus perconquassas, ne inutile perdas.

quod praestaturum speras. Nec dabitur occasio maior monstra producendi diuersa, quam oris: & huiusmodi saepe gallinae partus inter caetera efficiunt, atque etiam ex se fiunt: Idem Leontius ferri laminam aliquam, clauorum capita, laurique ramulos, ubi ridiculantur, afferre iubet, ne prodigiosos & monstruosos edant partus. Fimo commodè vi possumus, est enim naturali calori similimus, nec ipse medam retinet putrefactionis vim, mirabilium rerum parens: totque genera ex putrefactione animalium proueniunt, quot ea, quae putrescunt: quod si quis rectè considerauerit, & mente perpenderit, non minimum eliciet secretorum principium. Haec tamen mirabilia visa sunt. Menstruatæ enim mulieris.

*Capilli in serpentes,*

& vermiculos vertuntur fimo obrui, & tempore iam modico: Nec minus putrefactus è menstruorum sanguis ruberis siue ranas generare potest, facile enim corrumpitur & conuertitur, & saepe mulieres ex eodem cum humano fetu bufones, lacertos, & iis similia generant. Et Salernitanas mulieres legimus conceptionis principio, cum fetus uiuificari debent, tale animal apij & porcorum interficere solere sineo. Cum mulier quaedam praeter opinionem praegnans videretur, fetus loco, quatuor animalia ranis simillima peperit, & saepe tali causa abortiunt, cuius monstruosae conceptionis, non est alia (credo) putanda causa. Ex corruptione quoque humani seminis, veluti vermes in intestinis. Alcippe elephantem peperit, & ancilla  
inter

inter initia belli, Marfici serpentem generauit. N E C equorum minus è cauda setæ aquis inie-  
ctæ, animam recipere, & viuificari videntur. T V-  
S V M ocymum inter lateres humido loco Soli  
expositum, scorpiones generat: quanquam Gale-  
nus neget. E T combustæ anatis puluis, si humi-  
do inter patinas seruetur obrutus loco, ingentem  
& maximam mirè generat rubetam. Facilius au-  
tem rana procreari potest illicò, si earum cerna-  
tur ortus, non enim illas dico, quæ legitimo natu-  
ræ ordine, scilicet ex coitu, in aquis suos natales  
habent, sed quæ per se nascuntur, & temporariæ  
dictæ sunt: & æstiuo tantum imbri litorum, & iti-  
nerum puluerulentis arenis generantur, earumque  
breuis est vita, vel sæpè ventorū ira, altis montium  
iugis sæuientes, attollitur puluis, aquisque mixtus,  
non solum in ranas, sed in lapides cogitur: ranis  
enim aliquando pluisse auctor est Phylarchus: &  
Heracledes Lembus, circa Dardaniam & Pæo-  
niam idem euenisse tradit, idque tam copiosè, ut  
domus & viæ replerentur. Et Aelianus cum ex I-  
talia Neapoli Puteolos iter faceret, ranas perspe-  
xit, quarum pars quæ ad caput pertinet, repebat, &  
in nobis pedibus agebatur, altera nondum confor-  
mata, concretioni limosi humoris similis traheba-  
tur, & ex eodem corpore pars altera vivebat, pars  
altera tellus erat. Narrat Macrobius in Aegypto  
quòd ex terra & imbri mures nascuntur, & in a-  
liis locis ranæ, serpentes, & similia, unde facilis est  
earum procreatio. Quidam enim cum spuisset, ex  
spuio statim rana creata est, & Damianus Hispa-



sius, quoties liberat, ranarū maximam illicō produ-  
 cebat copiam. Sic verrinum & scrofarū ex coitu  
 exceptum virus, & sanguinosum modo iam dicto,  
 ineunte Sole capricorni principium, vt piscis exi-  
 tu, eijciant, dum affatim lacte & melle saturentur,  
 subantes: perceptumque illud quod apriam vocāt,  
 quod idem est, quod equis hippomanes, vitreo sub  
 fino vase conditum, & operculatum, ne surgens  
 calor effolet, aliquibus lateat diebus, perceptumq;  
 opus plumbea conditum pyxide erit vsui: qui id  
 recte nouerit componere, non vulgare cernet ex-  
 perimentum. Si quis verō curiosus, quam par sit,  
 noscere concupiscet, quam nouimus rationē ex-  
 perimento fino & mirabilem ad modum man-  
 dragoram producendi. Sic enim humanam feram  
 ex ouo enatam feneratitia iam nomenclatura vul-  
 go appellari coemisse audio, si cui collibuerit, & is  
 ad exemplar galli spermatis in ouo humanum &  
 vitale adperferit virus, operculo coërcito, ne fe-  
 tuosum calorem coërcitum suspiret, efferet semi-  
 ferum animal, hinc humanam, hinc verō vernacu-  
 lam gerens formam. Nec negat id Auicenna, si oc-  
 casio dabitur, alibi patillo vberius: factis normam  
 & fieri posse demonstrasse. Pleraq; & maiora iam  
 omituntur, apud inscios & plebeios fide penitus  
 caritura. De partu monstruoso, deque producendi  
 per finum vi, hæc dicta sufficiant.

*De Lyra, & miris quibusdam eius proprietatibus.*

O A P. XXV.

Nonnullas in se vires Lyra retinet, propri-  
 etates,

atres, & animaduersiones, quas in medium afferre  
 oportet, duximus: quanquam non lateat  
 gregarios & sciolos fidem non habituros. Et si eor-  
 um aliquis hæc nostra putet deliria, arcanarum  
 tamen literarum cultoribus me summopere pla-  
 citurum scio, qui que naturæ miris peruestigandis,  
 animum penitus addictum habent, ignota non  
 scribo: Rhythmos & modulos in hominibus posse  
 certum est, nec tam immitte & effertum esse cor,  
 quin coaptis modulis, & castilenis animum deli-  
 nientibus remittatur, & contra indecentibus &  
 incœncinnis angatur & restringatur. Carmen præ-  
 dit Musæus dulcissimam rem mortalibus esse: &  
 à Platonicis dictum animaduertitur, à musica  
 mulceri omne quod uiuit, plurimique uisuntur ef-  
 fectus. Remugiunt in bello tympana, ut sint hōr-  
 tamenta & torpentes suscitent, & his similia ab an-  
 tiquis factitata reperuntur. Timotheus musicus  
 quoties libuerat, Phrygium modulabatur cantum,  
 & Alexandri animum sic accendebat, ut effertus  
 ad arma curreret, cumque aliter uoluisset, mutato  
 animositatem exhauriens, segnem efficiebat ani-  
 mum, & remollitum ab armis ad epulas, & con-  
 uuiua trahebat: & Plutarchus ait: Cum ipse au-  
 diuisset Antigenidam tibia modos incipientem,  
 qui uocatur Harmatij, adeo inflammatum se ef-  
 fe, ut simul cum armis exurgens, manus iniecit  
 in proximè assidentes. Refert Cicero Pythago-  
 ram adolescentem quendam Taurominitanum,  
 uino madidum, ac meretricio amore irretitum,  
 cum riuales comburere domum quæreret, qua de-

tinebatur coetum, Phrygio modo concitatum spondeo resonante pacatum, & mitiorem reddidisse. Idemque aiebat: Si tibi arum cantu impulsu adolescentes facinus aliquod aggrediuntur, tibi canentem spondeum canente distrahatur, ut modorum gravitate eorum furens petulantia confederetur. Empedocles cum eius hospitem, iurgis, & convitiis quidam laceffitus invaderet, canendi restitit modum, furemque iram temperavit. Theophrastus ad compescendas animi turbationes, musicos fertur adhibuisse sonos. Et Agamemnon e patria discedens, ad Troiam profecturus, de Chyramestrae dubitans pudicitia, citharcedum reliquit, qui sono illam adeo ad continentiam & pudicitiam incitabat, ut Aegyptus non nisi occiso citharcedo ea frui potuerit. Thracius Orpheus citharae incitationibus efferas gentes saxi instar nulla ratione molles inflexit. Arion citharcedus rationis expertes delphinos sibi conciliauit, ut demersum sospitem in litus duxerint. Teneros infantium sensus permulcet sonus, & crepitaculis vagientes acquiescunt, & ipsi conticescunt. Vnde Chrysippum proprium nutricibus fertur carmen acrisisse. Elephantos ait Strabo tympanis allici, cerui sonis detinentur, & modulato carmine capiuntur, cygni hyperborei cithara & cantu conuincuntur, auisulae fistulis irretuntur, & pastoralis fistula pastu progressis quietem imperat gregibus. Immo vulnera, & morbos (quod multo mirabilius est) modis prudens consolata est vetustas, ut ex historiis percipitur. Terpanet, atque Arion Methime

nam Lesbios & Iones grauibus morbis curauere. A: elepiades medicus tuba surdis medebatur, can-  
 turque populi seditiones compescent. Hermentias  
 Thebanus Boerthiorum pluribus coxendicium do-  
 lores melodiis absterfit. Xenocrates organicis so-  
 nis lymphaticos curauit. Thales Cretensis citha-  
 ra pestilentiam fugauit, & ægrorum venas Hero-  
 philus musicis penficulabat numeris; sic affecti-  
 bus singulis singulas adhibuere prisca melodias,  
 uti Dorica crudentiam, castitatem, & doctrinam  
 largitur. Phrygia pugnas excitat, furorem infla-  
 mat, quod efficit & tibia: idcirco Aristoxenus in fa-  
 bulis, quod Dorica efficere non valuit; ad Phry-  
 giam deuenit harmoniam, quæ illis congruebat.  
 Lydia intellectum acuit obtusis, terrenoque gra-  
 uatis desiderio caelestem inducit appetentiam, ab  
 Aristotele in Politicis traditum: Nonne Late sa-  
 monibus fertur repudiatum pridem fuisse eroti-  
 cum genus, quod nimium audientes effemina-  
 ret? & iis similia, vnde non à ratione alienum  
 reor, si simpliciter id accidat lyra, citharave: quod ve-  
 rò arte ingenioque confectis euenit, magis mi-  
 rum, nemo est qui negare possit. Ideo

*Lyra somnum concilians*

proditur, & à multis quoque expertum est, dulci  
 suauisque vnde eueniat harmonia, fiat igitur sic: E-  
 lignis materiam parato vitioribus, ut suauio-  
 rem efficiat & remissorem modulationem, uti abiete  
 & hedera ex vno inferior, ex altero superior com-  
 pegitur pars, fides è tyris & serpentibus conficien-  
 da, sed ex intestinis, vel membrana spinalem me-  
 dullam

dullam contingente, quam eues flumine curren-  
 ti, capiteque suspenso, reliquum marcescat, his si-  
 diculam accommoda, cytharamve, quæ ubi digi-  
 tis pulsata intonuerit, blandum, mollem, nec in-  
 amcenum efficit sonitum, gratumque audienti-  
 bus conciliat soporem, ut inuito claudant oculos,  
 non miti somno. Quod mirum hoc videri non de-  
 bet, si id quoque Pythagoricos effecisse fertur, ut  
 cum diversas resolvere vellét in somno curas, qui-  
 busdam cantilenis uterentur, ut leuis & quietus re-  
 ceperet somnus, & expectati statim cubili exur-  
 gentes quibusdam modulis ahis stuporem, somni-  
 que confusionem purgarent, ad subeundum mu-  
 nus aliquod. Acolio euenire tradit, quod animi  
 tranquillet tempestates, somnumque pacatis tri-  
 buat. Est & aliud mirabile valde, quod eius soni-  
 tus fertur præsens arocium: dum enim per aures  
 ad animum delabitur, vnde ab eius sonitu expel-  
 lantur, credenti in arbitrio relinquatur neve hæc  
 aliquibus offendiculo sint, consultius fuerit omi-  
 ttere. Hoc autem de vulgari accipies experimen-  
 tum

*Lyrâ, quæ pulsata alteram eiusdem toni recubantem mo-  
 neat.*

Tendatur in vnum nerui, & ad idem & perfectum  
 perueniat vnaqueque melos, si grauium vnam pul-  
 sabis digitis, altera reboat, & mouetur grauius in  
 ea, sic acutarum, debita tamen approximatione: si  
 id maxime non fuerit conspicuum, paleam supra  
 inducito, & moueri videbis. Suetonius autem Tran-  
 quillus in libro ludicræ historiæ, neruos aut in fi-  
 dibus

libus brumali die alios digitis pelli, alios sonare. Hinc quispiam poterit ignarus soni lyram accommodare, si æque tensa altera, & ad harmoniam ducta requiescat, alteram manibus intendendo, & relaxando & pulsando, quousque quiescentis nervus moveatur, eiusdem toni signum: sic in cæteris. Si verò ut

*Lyra surdis audiat sonum*

vis, vel manibus aures obde ritè, ne sonum audias, tunc capulum lyrae, vel citharae mordicisprehendito, pulset eam alter, & concinnum in cerebro dabit sonum, & fortasse suaviorem: nec solum capulum dentibus captans, sed longissimam hastam, quæ lyram tangat, & per eam clarè auditur sonus, dicique poterit non auditus sensu, sed gustu percipere. Remanet hoc, quod haudquaquam inamcenum teoritur

*Lyra, cithara, aliaque instrumenta vento pulsantur,*

Hoc sic perficies, ubi valla fuerit ventorum procella, è regione aduersantia accommodabis instrumenta, ut citharas, tibias, sambucas, fistulasve: adueniens enim ventus impetu ruit, leniter pulsat, & hiantes calamos percurrit: vnde ex omnium sonitu vicinis auribus suauissimum percipies concentam, & lætaberis.

*Insonnia clara & iucunda, obscura, meticulosaq; inducere.*

C A P. XXVI.

CIBVS ex concoctione (quod pro explorato haberi debet) in vaporem soluitur, tabescitque, que

quem caliditate iuncta in leue desciscere par est :  
 cumque natura in sublime feratur, aliquatenus at-  
 tolli, & in cerebrum per venas reducere. vbi natu-  
 ra cerebri perpetuo obrigens rigore, ad instar in-  
 brium generationis, vt in maiori mundo saepe vi-  
 situr, fit humificus, & nebulosus: sic intestina reci-  
 procatione denuo redditum incapescit: & ad cor  
 defertur principis sensus domicilium: interum ca-  
 put opplet, grauedinosum reddit, vt profundo de-  
 mergatur somno. Quod si noctis conticinio ma-  
 gis soporari contingit, imagines descendendo aro-  
 rum occursum, interpolantur: vt praeposteræ mon-  
 struosæque videantur: Si matutino, vbi extremè  
 titius, foeculentusque sanguis, à puro, & truci discre-  
 tus & ipse refrixit, & deseruit, meracæ, obsoletæ-  
 que visiones demonstrantur, & gratæ. Non ergo  
 irrationabile duximus, cum immoderato tumefa-  
 cta potu virtus sopita læqueat, & natura edulij va-  
 pores attollantur, & ex his, quæ corpore abundant,  
 in somno exultari, & immoderate iactari, vt diuer-  
 sa incendia, tenebræ, grandines, putredines: ex fla-  
 ma atraque bile, frigido putridoque humore. Sic  
 aliquem trucidare, vel impiè cruentari sanguinis  
 abundantiam habere: immò temperici eiusdem  
 praesagituram elici posse Hippocrati & Galeno  
 placet. Vnde cibus vescentes flatusos, eorum vi sa-  
 lebrose imagines, monstruosæque, qui itidem at-  
 tolluntur, si tenues, modicæque exhalationis, gra-  
 tis animum exhilarant simulacris, & incolumes  
 videntur. Sic extrinsecus applicando simplicia, se-  
 cum illius rei phantasmata infecta sensuum prin-

pi deferunt: arteriæ enim nostri corporis (inquit Galenus) ad se intus quodcumque trahunt, proxime circumdant eas, dum continuo dilatantur, sic ea somniamus, quæ præoptabimus. Ut non minus perurgiles, quam soporantes letemur: en

*Somnia grata excitandi ratio.*

Cenæ summo, cum cubitum pergimus, si leniter mandemus hippoglossum, melytophyllon, quam alij citraginem vocant, iisq; simillima, contopii variis illudimur imaginibus, quibus lætiora non perciperet animus, agros, viridaria arbores, flores, testam in virorem conuersam cernet, umbrosis operculis opacatam, ac denique oculos circumlustrando, vernet vndique mundus, & arridet. Vel deoselini succo, populnearum nouellarum frondium, atori vulgaris, solani hortensis, stramonij, atoniti maximeq; viridantium tempora perunxeris. collum vel iugulum, per quem venæ ascendunt soporariæ, loca vbi maximè venæ sunt conspicuæ, manibus, pedibusq; confert & iecur perungere, nam à ventriculo sursum euaporando, permeat sanguis ad iecur, à iecinere ad cor subit, sic reciprocantes tinguntur vapores, eiusdemque coloris imagines referentes. At si querimus

*Somnia obscuro & tumultuosa:*

Fabas edimus, quia siccæ & flatuosæ, & ideo à Pythagoricis abominantur, quòd talia pariant insomnia. Plerosque legisse memini, à fabis abstinere, eiusq; vsum interdixisse, & terè legumina omnia, phaseolos præcipuè, quos smilaces vocant hortenses, lenticulas, crassum & melancholicum humo-

rem



rem excitantes, allia, cepas, capitata porra; brassicam inter olera, raphanos, & tandem radices ferè omnes; inter hæc vioum, quia spirientosa, vaporulentaque sunt, inflationem, calidum, mordacem, & noxium humorem parientia, insomnia ingerunt, in quibus phantasmata deluxata, lacessita, tortuosa, turbida. Sic per aera delatus, maria fluentaque transare videberis, ciuitates multas lustrare, casus, mortes, tempestatum scruitiam, nubilos dies videre, imbres decidere, Solis fulgorem infuscari, cælum hiemare, ac non nisi meticulosa omnia demonstrari. Sio prædicta loca illinendo fuligine, vel omni adusto, acetoque (quod ideo addimus, ut penetrandi vim medicamentum adsciscat) ignes, incendia, fulgetra, coruscationes, & omnia tenebris inuoluta. Nec silentio præterierim, postquam in horum sermonem incidimus, huic addere seriei, quæ fortasse iuuerit meminisse, vsuique fuerit legisse Si velimus:

*Idem suffitum edere, & aliter.*  
 Sic sæpe factitare solemus, interfecti vi rocenter viri caleaneum in puluerem redigimus, cui magnetis parum addimus, porro simul commixta, & accensis carbonibus inieceris, ut locis pluribus firmus domicilij culmina perat, dormientes laruarum occursum, terrentis, spectris, horribilibusque affigies. Sic quoque si dormientis capiti viam simile super extractum cor supposueris, non nisi feris in somnis carnet, & ab eis dilaniari, ut terriculamenta, & timorè incutiendo magnum. Idem pro stabili onyches si collo ligaueris. Sed ad eandem cupidè  
 homi-

ominū mentes inuasit, ut quæ natura mortalium  
 commoditati elargita est, abutantur, ut multis ho-  
 um simul coæseruatis componant

*LAMIARUM UNGUENTUM;*

Quæ quamquam ipsæ superstitionis plurimum  
 admiscet, naturali tamen vi euenire patet intuen-  
 ti: quæque ab eis acceperim, referam. Puerorum  
 pinguedinem ab eodem vase decoquendo ex aqua  
 capiunt, inspissando quod ex elixatione vlti-  
 mum, nouissimumque subsidet, inde condunt,  
 continuoque inferuiunt vsui: cum hæc immiscent  
 electelinum, aconitum, frondes populneas, & fu-  
 lignem. Vel ALITER sic: Sium, acorum vulga-  
 re, pentaphyllon, vesperilionis sanguinem, sola-  
 num tomaterura & oleum, & si diuersa commi-  
 scant, ab his non parum distat, simul confi-  
 ciunt, partes omnes perungunt, eas antea perfri-  
 cando, ut rubescant, & reuocetur calor, raramque  
 fiat, quod erat frigore concretum. Ut relaxetur ca-  
 ro, aperiantur pori, adipem adiungunt, vel oleum in-  
 plus vicem subiens, ut succorum vis intro descen-  
 dat, & fiat potior vegetiorque: id esse in causam  
 non dubium reos. Si non illi nocte per aëra  
 deferri videntur, conuiuia, sonos, tripudia, & for-  
 mosorum iuuenum concubitus, quos maxime  
 exoptant: tanta est imaginationis vis, impressio-  
 num habitus, ut ferè cerebri pars ea, quæ memo-  
 raria dicitur, huiusmodi sit plena: cumque valde  
 sint ipsæ ad credendum naturæ pronitate faciles,  
 sic impressiones capessunt, ut spiritus immutetur,  
 nil noctu diuque aliud cogitantes, & ad hoc ad-  
 iuuat

iuuantur, cum non vescantur nisi betis, radicibus, castaneis, & leguminibus. Dum hæc pensitatus perquirendo operam nauarem: ancipiti enim immorabar iudicio, incidit mihi in manus vetula quædam, quas à strigis avis nocturnæ similitudine striges vocant, quæque noctu puerulorum sanguinem è cunis absorbent, sponte pollicita breuis mihi temporis spatium allaturam responsa: iubet omnes foras egredi, qui mecum erant acciti testes, spoliis nudata tota se unguento quodam valde perficit, nobis è portæ rimulis conspicua: sic soporiferorum vi succorum cecidit, profundoque occubuit somno, foris ipsi patefacimus, multum vapulat, tantaque vis soporis fuit, ut sensum eriperet, ad locum foras reddimus, iam medetæ vires fatiscunt, flaccescuntque, à somno sentocata, multa incipit fari deliria, se maria, montesque transisse, falsaque depromens responsa, negamus, iurat, liuorem ostendimus, pertinaciter resistit magis. Sed quid de eis sentiam, dabitur aliis narrandi locus: ad institutum nostra redeat oratio: satis enim prolixus sculi sumus. Hoc præterea præmonendum censeo, ne facile experientes dilabantur, non hæc æquè omnibus euentura: sed inter ceteros melancholicis, cum natura præalgida, algiosaque sint, eorumque vaporatio multa non sit: rectè enim quæ vident percipiunt, & referre possunt:

*Quomodo amor conciliari possit, deq; rebus amatorij medicamenti vim retinentibus.*

C A P. LXVII:

**N** O Æ Æ V M fuit ab operis initio constitutum, omnia

omnia tantum naturaliter operari, & præsertim, quæ magorum operibus impiorum eueniunt; ad eorum scientiam penitus pessundandam: mortuum enim mentes his laqueis, & errorum inuoluentis irretiunt, cum hominum pars magna huic insistant, ac fallaci ipsius illecebra multos diuexari videam, admiratione animos capi, & ingenia ipsa ad perniciem elabi, quæ eleuata, ac discendi cupidiora sunt. Nos quæ ex his poterimus amorum officia recensere non pigebit, à naturæ postliminio minimè discessuros: quæso legentes boni consulant. Ut igitur exordiamur, scitu iam dignum est, quod aliò non intenditur hominum mens, nisi ut hominum mulierumve animis amoris igniculos accendere, eos mitiores reddere, nostræque voluntati obtemperaturos nititur, cumque rebus eueniat, in quibus efficiendi potestas latet: his utamur, quorum aliqua à maioribus tradita, nobis experientia comprobata, multaque recentiorum indidustria comparata sunt: & primum Hippomanes, antiquitus ad sidera laudibus elatum, quanquam non defuerint, qui adstruxerint muliercularum figmentum, & deliras esse fabulas, demonstrationibus forsasse seducti, hæc prodigiolis naturæ miraculis, abditæ quæ causis fidem adhibentes: quibus euidens experientia refragatur. Quod duplex statuunt, unum vtrius, ex equarum obitennis distillans, libidinis furorem nimio stimulararum: noster in Georgicis Poëta sic recinit:

*Hinc demum Hippomanes vero quod nomine dicuntur*

*Pestores, leuimum distillat ab imagine vitæ,*

N

Hip

*Hippomanes, quod sape mala legere nouerit,  
Miseriq; herbis, & non innoxia uerba.*

*vnde apud Tibullum,*

*Hippomanes cupida stillat ab inguine equa.*

Nec instituto inefficax, cuiusque uinum atheni tradidimus, & vires, cum poposcit locus: alterum autem caricae est magnitudine, specie orbicularum, lauiusculum, colore iam nigricante, fronti nascentis pulli adheret, statimque feta partu edito, secundas deuorat, & laborum oblita perlambendo, & abstergendo eum conuellit, hippomanes appellatum: quod si quis praeripuerit, ad ubera partum non admittit, odit, & alienum tanquam à se fugat, nunquam amara: quod idem rectè sensit in Aegaeide vates:

*Quaritur & nascentis equi de fronte renulsus,*

*Et matri praeceptus amor.*

Merito ergo ex carne illa amorem creari, & illius esse irreticulum non absurdum putarunt, amatoriumque innasci ueneficum. Et ut tradit Pausanias, nec Aelianus omittit, tantam in eo vim nouit Olympiae Phormis Arcas, quod illo aeri mixto, & affuso equam posuit, abscissa cauda, ubi Hippomanes incluserat, fabrica non tam accurata, ut ex ea equi ceterus fallerentur, ut tanquam ad illius conspectum furis stimulari deberent: sic enim eos alliciebat, tantaque insania ducebantur, ut ruptis frenis, in ipsam uolentius, quam in pulcrum equam & uiuam r. silirent. Neque enim quod uagulari, cum aere statuae haerent, lubrico lapsu edamur, idcirco eorum desperant, immo audentius

deturis multo hinc ore, imminenteque adhi-  
 siunt; neque prius quam flagris & magno ducto-  
 rum robore abstrahantur, ab aereo simulacro de-  
 pelli possunt. Vnde nomen veneno inditum *in*  
*uore*, quod equinae cupidinis similitudine, homi-  
 nibus amores inducit, & effrenatè furere in Ve-  
 nerem facit. Traduntque non minima auctoritas  
 is varii quod hoc cognitum penitus pastores ha-  
 bent, & si amatorias alicui insidias parare velint,  
 ut amoris flamma conflagret, & cupidinis tabe a-  
 mazae mulieres torqueantur, & intereant, callidè  
 equam, quae ventrem gerat, parituram observant,  
 statimque à partu præceptum hippomanes ha-  
 bent, & in equae vngulam optimè conditum fer-  
 uant, ut egentes in pollinem ritè redactum insi-  
 diis esculentis, vel poculentis immisceant, & ani-  
 moua effertum mitiorem reddunt, & fomitem  
 amoris inducunt, seu lasciuia iuvenes veris asso-  
 lent initio, continuo, paulatimque concrescen-  
 tem, & adeo ad amoris cupidinem inflammant,  
 ut ad omnem hominum aratorem libalibus oculos  
 adiciant. sic excremento aliquo coarctant, & in  
 eum animum inclinant, cuius substantiam com-  
 habent, & unumque recipitque reddit amo-  
 rem. Erat & Echedeis veteribus beneficiis infam-  
 is. Sic hyanae vulua sinistro lacerto religata, si  
 quis mulierem inspicat, amatorium esse tam præ-  
 sens, ut illico sequatur: id verum ne fuerit an fal-  
 sum, affirmare non ausim; ne, quos reprehendi-  
 mus, imitetur: & difficilis enim hic esset & pene  
 impossibilis equae captura. Docent & A L F R E D

si libuerit huic simillimum componere, vt multo-  
rum exemplis noscere discat. Animalia respicien-  
do, quæ maximè in amorem furiant, vti passeris,  
& columbæ: sed commoditatis gratia in catulis  
exemplum detur. Ligeatur catella semestris, vel an-  
dua, cum ostendit se maritari velle catulo, veris  
principio: eo enim anni tempore conceptû sibi  
maritum, cuius desiderio hiant: ita ligentur arctè,  
ne conscendant, & aptè accommodentur, ætatemq̃  
habeant cõundi, cibus postea opiparè exhibeatur,  
vt spermatis vbertate luxuriæ desiderio confla-  
gant, cum catulire desiderant, feruentique fuerint  
animo, furentes & vociferates, præcaue ne ad coi-  
tum admittas, vt violentius inferantur. Cum co-  
gnoueris in summû luxuriæ gradum formidâ: per-  
uenisse, vt genitalia pruriant, inflentur, turgescant,  
quod dici spatio eueniet, iugulant, eaq̃ decerpunt  
membra, vbi maximè huiusmodi desiderium in-  
sudet, & cum carnem gustauerint proiccta: amol-  
ria libidine cõstrictius tenetur, vt vociferet & per-  
bacchetur, poculisque deuicta mens, libertate a-  
missa, veneris insania exagitur, vt extabescat  
corpus. Multa præterea sunt, ex quibus pauca me-  
minimus tâquam sufficere. Satis enim diximus,  
& si vera dixisse petrus est.

*De Fascinatione, & quomodo per eam illaqueari possit, &  
fascinationis amuleta.*

C A P. XXVIII.

I AM de fascinatione est differendum, quique  
effascinatores fuerint, nec silentio prætereundum  
nam

nam si nobis pristorum monumeta percurrere li-  
beat, comperimus huiusmodi multa posteritati  
prodita iam esse, tum noua recentioris aui euen-  
ta antiquae fama non prorsus vana suffragentur.  
Nec historiis fidem derogare opus esse censui, si  
veras rei causas validis rationibus aptare nequi-  
mus: praeterea cum pleraque sint peruestigatio-  
nem penitus summouentia. Quod autem ipse ex  
aliis operationibus sentiorum, in medium explican-  
dam duxi: multa apud Theocritum, & Virgilium  
reperies, vnde:

*Nescio quis traxerit oculos mihi fascino agros.*

Iligonus & Menaphrodorus in Africa terra fami-  
lias quasdam produunt voce & lingua effascinantes;  
quae si impetrus forte, quam liceat, admiratae fue-  
rint, vel laudauerint pulcras arbores, lactiores sege-  
tis; infantes amoniores, & regios equos, pecudes  
pastores vel entu opimas, aridere, & emortuere re-  
pente, his omnia nulli alia cause obnoxia: quod  
Solinus quoque scriptum reliquit. Idem Iligonus  
Triballis, & Illyris eiusdem esse generis; qui pu-  
pillas binas in oculis habeant, atque visu exitialem  
effascinationem faciant, vt interimitant, quos diu-  
tius intueantur, ita is praecipue oculis, tam nocenti  
visu sunt & impuberes maxime noxam sentiunt.  
Huiusmodi forminas in Scythia esse; quae vocan-  
tur Bithiae, tradit Apollonides: Philarchus in Poni-  
to Thibiorum genus alterum, multosq; alios eius-  
dem naturae; quorum notas dicit in oculo altero  
pupillam geminam, in altero vero equi effigiem  
esse: quorum metuit quoque Didymus. Nec



dissimilis generis Damon prodidit praedictam in  
 Aethiopia, cuius sudor tabem contractis corporibus  
 afferat, ac feminas quoque omnes in tuum fascina-  
 re patet, quae duplices papillas habet. Cicero quo-  
 que de his scribit. sic Plutarchus & Philarchus ef-  
 fascinatrices gentes Palesaeobeorum pontum in-  
 colentes non pusionibus modo, quorum habitus  
 fit imbecillis, sed adultis, qui solido concretionisque  
 constant corpore, pestilentes esse, & intuitu, soloque  
 habitu in morbos languere, quos perimant, & in ta-  
 bem resoluant, nec solum qui continua, sed hospi-  
 tes, & qui eorum comento alienissimi contigitur,  
 tanta oculis vis: & fascinum quancquam per  
 contactum, & miscellam in eatur saepe, per oculos  
 tamen perficiunt: uti exterminatio quaedam spiri-  
 tus per oculos ad fascinatorem deueniens, totumque  
 inficiens: Sic enim euenit, ut adulescens subit  
 claro, calido, dulci que sanguine praeditus, tales det  
 spiritus, cum a cordis calore, a purioris sanguine  
 exoriantur, quia leuissimi in altiori corporis par-  
 te permeant, & per oculos prociidunt, & na-  
 eulantur, qui maxime foraminosi & venulenti  
 sunt, omniumque partium nitidissimi: & cum spi-  
 ritu ipso una vis quaedam ignea radiis emittitur;  
 ut rubentes oculos, & lippos spectantes obuios  
 simili cogantur laborare morbo: nihilque accedens  
 detrimentum attulit: inficit enim aerem, qui infes-  
 ctus alium inficit, sic oculis proximus, uti secum  
 vaporem corrupti sanguinis deferens, cuius con-  
 tagione spectantis ocelli rubore simili afficiuntur:  
 Sic adimit lupus vocem, sic regulus vitam, qui ad-  
 spectu

Spectu venenum excitat, & radiis virulentos infi-  
 git ictus, cum speculo autem, reciproco iaculatu  
 In sui auctorem retorquentur. Sic immunda mu-  
 lieris intutum reformidat prout speculum, ut  
 affert Aristoteles, eiusque adpectu fordescit, &  
 fulgor hebetatur: quod euenit, quia sanguineus  
 vapor in speculi superficiem propter terstitudinem  
 in unitatem coit, ut quadam eluniceula operiatur,  
 & clare demonstretur: immo si nouitiam agerim-  
 me elues; quod ideo in panno vel saxo non eue-  
 nit, quia in illo serpit, & in profundum descen-  
 dit, in hoc vero ex partium inconcinmitate dissi-  
 paratur. At speculum quia pernix obstat, quia ter-  
 sum infractum resertat, quia frigidum coacto aere  
 guttulas gignit: tali ferme pacto si in clarum vi-  
 trum respices, facies saluæ toris aspergine riga-  
 tur, tenuisque euolans pars in saluam relabitur,  
 sic ex oculis radiorum profuuium, qui spirituosa  
 vehicula, ad occurrentis oculos perueniens trans-  
 terberat, & percussu hominis interiora afficit,  
 propriam quaerens regionem, cum e corde exo-  
 riantur: sic ipsi in cordis marginibus coguntur in  
 sanguinem, peregrinus hic sanguis ab effascinati  
 natura vitii discordans, reliquum tabe conficit, vi-  
 de agrotat, eatenus contagione ipsa permanente,  
 quatenus vis tabidi sanguinis in membris viget,  
 & cum sanguinis affectio sit, ex nunquam inter-  
 pollari contuetur feбри, quæ si inibili, vel pituita  
 esset, per intervalla fortasse sedaretur. Ut autem  
 distinctius pateſcant omnia, id primo sciendum,  
 duplicem apud auctores fascino repetiri affe-  
 - - - N 4 - - - rum

rum amoris : inuidiæ , vel malevolentia alterum .  
 Si verò pulcri desiderio, formæque concinnitatis  
 fuerit desiderio irretitum , quanquam eminus ia-  
 culeretur, per oculos venenum hauritur, & venustæ  
 spectrum formæ amantis cordi residet, igniculos  
 succendit, vnde semper affligari solet : & quia ibi  
 mollissimus amari sanguis vagatur , vultus repræ-  
 sentat, sui que ipsius sanguine relucet, in se non  
 quiescit, & sic ab eo trahitur, vt vulnerati sanguis  
 in vulnerantem labitur. rectè hoc sic innuit Lu-  
 cretius :

*Idq; petit corpus, mens unde est sanxia amore,*

*Namque omnes plerumque cadunt in vulnus: & illam*

*Empicat in partem sanguis, unde icimur istu:*

*Et si cominus est, octum tubex occupat humor.*

Si verò inuidiæ vel malevolentia fuerit, quem ta-  
 le virus infecerit, effascinatio noxia admodum  
 maximeque in vetulis reperitur. Nec valet aliquis  
 inficiari, quin animo affecto malè habeat corpus,  
 animusque affectus corporis vires firmat, & po-  
 riores reddit : nec solum immutat corpus pro-  
 prium, sed alienum reddit, & tantò id, quanto ar-  
 dores interiores vindictæ, vel cupiditatis in corde  
 eient. Nonne auaritia, moeror, vel amor, colores,  
 & habitus immutat? Inuidia nonne corpus pal-  
 lore insignit, & extrema indiguitacie? Nonne præ-  
 gnantis auuiditas inficit tenerum fetum rei agnatæ  
 nota? Sic vbi flagrâtes inuidia oculos, & truces de-  
 flexerit, & perniciosè nocendi cupido acrius mi-  
 scat ex oculis, & intestinus ardor proficiscitur ab  
 eis, astantium corporibus maxime speciosis ma-  
 lum

lum inferunt, & oculorum acies uti telum tranſu-  
 nerberat, præcordia perurit, & maciei præbet cauſa-  
 ſam, ſi cholericus, & ſanguineus præſertim fuerit;  
 nam pororum apertura, & humorum ſubtilitate  
 facile depaſcitur morbus. Nec ſolum ex paſſione  
 tale fit corpus, ſed venenum humano reperiri poſ-  
 ſe corpore facile eſt, quod probat Auicenna: pleri-  
 que tali ſunt natura præditi: quod mirum videri  
 non debet, ſi arte fieri poſſe ſæpius viſum eſt. Mi-  
 ritur Alexandro ab Indorum Regina inſignis  
 ſpeciei puella, ſerpentum veneno delibuta, & de-  
 paſta, ut Ariſtoteles tradit: & Auicenna Ruſi testi-  
 monio ſcribit: Galenus alteram fuiſſe, quæ  
 Hyoſciamum impunè ſumeret, alia verò aconi-  
 tum, ut nec gallina appropinquaret. Et frequentè  
 eius uſu (ut ex antiquorum monumentis accipi-  
 mus) uſque adeò innoxium præbuit ſe veneno  
 Mirhidates Ponti Rex, ut cum veſtè veneno ſe-  
 bi mortem conſciſcere, ne ſe Romanis dederet,  
 nullam ex aſſumpto veneno percepit noxam. Gal-  
 linæ, anguium, & lacertorum carnibus obefa, vel  
 tritico eorum iure decocto, ſi accipitri glutendas  
 dabis, accelerat pennarum deſtium, multa-  
 que præterea fiunt, quæ longum eſſet recenſere.  
 Sic plerique viri ſuapte natura ſunt, qui tactu  
 infirmitates aliquas curant, multi artemiſi &  
 oleandrum comedentes, ſerpentumque morſus  
 floccifaciunt, nec tabem ſentunt, ſi ſimilem ſor-  
 tiuntur naturam, quorum obrutus, vel emanans  
 ſpiratio non homines ſolum, ſed plantulas, her-  
 bas, ceteraque emaciat, ut exareſcant penitus: &

sepe vbi huiusmodi animalia resident, aërentes del-  
getes, veneni participes factæ exiccatae teruntur;  
non nisi oculorum vi, & auram quandam eru-  
ctantes. Nōne mulieres mensura tempore tu-  
cumeres, & pepones tactu visuque inficiunt vt  
marcescant? nōne pueri innocentijs viris, quā  
mulieribus tractantur? & plures fœminas, quā  
viros effascinatrices reperies complexionis ratio-  
ne, soniori enim lapsu à temperamēto deeedunt,  
plurimisque noxijs vescuntur, vt singulis mensi-  
bus superfluitatibus expleantur, & sanguis ebul-  
liat melancholicus, vnde vapores orti, sursum e-  
lati, per oculos prolabuntur, & astantibus ve-  
nenum expirant, & tali corpus explet. At si for-  
mosam deperis iuuenem, eique vis, vel muliorem  
viro fascinum inducere, vti fieri possit, in amp-  
rem coarctetur, hic patet.

*Amatoria, illaqueationis modus:*

Sint oportet sanguinei, ex parte quadam choleri-  
ci, oculos habeant amplos, nitentes, & glaucos, &  
multum conducit castè viuant, ne frequenti coi-  
tu humorum succus exhauriatur, vnde frequen-  
tissimo intuitu, diuissima imaginatione, debita  
approximatione, cum conamine facta aciem aciei  
dirigant, radij radijs, & lumina luminibus con-  
iungantur, sic ex intuitu vtro cirroque facta na-  
scitur amor, & combibitur. Cur autem tui fascino  
detineatur non aliorum, ex superiori, & ex hac vi-  
detur ratione: Euenit enim ex fascinantis inten-  
tione, qui quidem per spiritus, siue vapores trans-  
mutatur ad maleficium, & spiritu illo affectus  
ci. li.

et similibus efficitur: existente enim maxime in passione illa, & imaginatiua virtute circa rem valde fixa, habitus diu permanentes, spirituum habet obedientiam & sanguinis: tunc exoptata re potest a virtutibus devinciri, & inflamari. Quamquam animus (vt Auisennae ascribitur neq; ab hac sententia illius abhorret auctoritas) solo affectu, & impetio tales producere potest affectiones. Placet Museo, quod amoris fundamenta oculus iaciat: & praecipue ad amandum allices sunt, & ex aspectu amorem nasci dicit Diogenianus, vbi incognitum amari non posse dicit: & tanquam prodigij loco Iuuenalis de amante refert,

*Qui nunquam visa flagrabat amore puella*

Nitidus enim oculorum obtutus visam ad insaniam compellit, amorisque allicitur per oculos rudimentum. Reliqua vero membra non vere dant causam, sed coeitant, vt formae tendentis cernentem remorentur visis rebus illectus, & immorantem obrepseriant; & tibi Cupidinem excubantem arint sua mittere tela, vt emissus ex oculis aculeus in astantis oculos confugiat, ac praecordia perurat. Apuleius: Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi, acerrimum meis medullis commouent incendium: iam non paruum tributum usque rentibus radicem, ni peritus, mactaque mentis compos exiteris, multis corroborare poteris. Quod si aliquibus fortasse mirum fuerit, morbis perpensis, qui ex contagione eueniunt: vti pruritus, scabiem, lippitudinem, epidimiam, si tactu, visu, loquela, astantem inficiat, facileque

tabern

tabem contrahat: cur amoris contagio, morbum omnium gravissima pestis non illico homines inuadat ac penitus consumat? Nec in aliis solum, sed in ipsos quoque relabitur, immissumque fascinum ipsi alliciunt. Veteribus quoque scriptis proditur de Euryclida, qui reflexionibus, aquis, speculo, vel fonte resiliens in videntem imaginem retorquentibus, sibi fascini perniciem intulit, auctor.

*Euryclida ἀνὸρ θυγατρὸς ἰδὸν ἰλιόφρονος αἰνῆς  
Διμήτριον πρὸς μὲν αὐτὴν αἰνῆα ῥυθὸς ἀδελφῆς.*

Adeo sibi pulcher visus est, ut eodem quo alij ipse fascino deciderit, sic pristinum corporis habitum deperdit, peculiarisque morbi pernas dedit. Sic se proprio pueri vident fascinato, parentes vero veneficis & fascinatoribus causam ascribunt. Nunc autem morbi cape

*Alexiteria remedia*

Multa enim sunt, quae prudens infirmis vetustas. Si amoris fascinum amoliri conaberis, sic auertere runcabis: visum abstrahas, ne tui aciem oculis adigat, neve lumina luminibus copulentur, vnde enim effici solet, inde causam amoue, consuetudinem interpolatim remoue, otium repelle, grauis animum adhibe curis, sanguinem, sudorem, & excrementa omnia large eicito, ut vna noxia eiciatur aura, & contraria primis exstant quoque. Si inuidorū fuerit maleficium, illud sic nostes: Colorem deperdet, difficulter oculos eleuat, semper inclinat, crebra iactat suspiria, cor angustiis cohibetur,





IOANNIS BAPTISTAE  
 PORTALENSIS APOSTOLICI  
 MAGISTRIS NATURALIS  
 LIBER III.

PRODOMIVM.

**N**AM ad ea, videtur accessisse experientia,  
 (dum ad varios rerum perficiendos firmos  
 effectus) quae vulgo vocant ethnica, nec pa-  
 rum contemnitur circa, quod non solum ma-  
 gis vobis iam pars habet, sed etiam in extirpa-  
 bilis sit vniuersus astutus mundus: unde et aliqui persequuntur,  
 ocelli aggreduuntur. Est sane res non paraspicienda, sed expe-  
 senda praecipue, qui Philosophia studij natiua operatio ex natu-  
 ra profertur: arcana et inueniuntur: etiam plura, quae admirari  
 possunt. Quae nostris usui videtur in modum sunt necessaria,  
 dum multos perficiens inueniuntur: et raris vobis non pa-  
 rum habebuntur: non metallorum tamen certum, quae maxime  
 dissentientia, sed quae cognata. Et vicia sunt, accidenti-  
 busque differunt aliquibus, quod maxima auctoritate dicitur philo-  
 sophos sateri non puduit, ut in rebus alijs naturalibus quoque  
 videmus quae dicitur. Nam autem vana spectare, ac sub eius  
 continua voluptatis esca, et illecebra, tam rudes homines, et  
 idiota accedunt, ut non sine magno huius saeculi opprobrio per-  
 strarentur, ac huius artis cultores iniustos omnibus reddat. Dum  
 enim sophisticis artibus laborant praeparando, ut horum principia  
 penitus ignorantes vbi bona decoxerunt, in perniciem ruunt, et  
 vana autem spe deinduntur: ut recte Demetrius Phalereus ait:  
 Quod capere debuerunt, non ceperunt: quod autem possidebant,  
 amiserunt: et metamorphosin, quam in metallis expectamus, in  
 se ipso

seipfos experiuntur, tunc (cum hoc unicum folamen inveniant) commentis fraudibus alios fallere, ac sibi comites nituntur effi- cere : sic bona rei fidelem in peiorem vsum conuertunt, ceu aliorum bus saepe rebis contingere videmus. Et adeo artus vel lucri defiderium liberos anxios & mendacia, vel nil fere aliud circumferatur, ac optime Diocletiani iussa sint omnes exusti, & in cinerem versi. Ipse autem, qui aliquid videre affectas, id scito, in omnibus naturam imitari non posse, tunc metallorum primordia per noscula sunt, & si ea transformari, vel penitus tingi queuntur, in prima dissonata elementa, nec efficere ea conetur, qua nec fieri posse cognoscuntur. Aliqua hic nos apponemus, qua in his videre contingit, neq. labora minimum in periclitandis, experiendisq. habuimus: horum exempla perdiscito. Hic montes non politemur quies, nec quem homines, tentur percelebri philo- sophorum lapidem illum, multis seculis iactatum, & fortasse aliquibus con partum : nec poculentum aurum, quo homines ad meritum immunes tueantur. necesse est enim mundo hoc veritatis, & alterabili permutationibus omnia esse obnoxia. Talia autem promittere, temerarium prosum, nec pensi habens quicquam fuerit. Vtilia tamen ad humani corporis tuendam valetudinem, & que protogandam fieri posse non minus inficias. Quae itadem intendimus, haec sunt :

De extractionibus aquæ & olei, & operationibus quibusdam, quæ passim operibus subiunguntur.

## CAP. I.



**O**PERATIONES quasdam præmittere visum est, quæ obiter in opere leguntur, ut quæ docentur, ordinatè procedant, ne ve alibi quærantur, & quanquam hæc aliquibus aliter operentur, nec fieri posse iudicent, opus tamen submittant nostrum, & iis nos efficere confueimus, quibus ignoratis non facile votum assequeris. Distillationis autem, vel apti distillationum vasis, quia toto hoc meminimus opere, ne ignoretur, locus hic dicendi oportunitus videbitur. Recentiorum quorundam intentum est, aquam ex omnibus Naturæ, ut puram habemus aquam sine terra (ut fieri tamen potest) vides enim distillatam aquam nullis redundare facibus, & præstantius a putrefactione liberantur multa, vel si aliquid imbibere indigemus. Vas primò parant fistile, melius autem vitreum concavum, turgescens, pilæ instar, vel potius turbinatū: uti pyrum, & collum oblongum habeat, cui pileum vitreum accommodatur, ut subiectis prunis res in vapores solvatur tenues, & vacua omnia repleat, & in sublime feratur: vapida hæc crassitudo ubi pilei frigidum tetigerit, & vitrum occurrabit, illius marginibus in rorem cogitur, inde per pilei fornices delabens, in aquam relabitur, & aperto quodam canali, quod ad illud pertinet, largis rivulis decurrit,

ri, subiectumque receptaculum stillatim eam recipit, hoc distillarium, vel alembic chymistæ vocant. Multi, ne fumi nidor potiores offendat, in feruentis aquæ vas organum locant, & tenuior elicitur aqua, balneumque dicunt. Tenuissimam quoque detrahens aquam, si vitrea hæc vasa in fictile aliquod concavum accommodaueris, ut foras prominant colla: hinc calentis aquæ plenum subiciunt ahenum, ut surgentis vi fumi, nec aliò permeantis eliciatur è rebus ingeniosè aqua, quæ è potabilibus præstarior fuerit. In vacuam ollam aliqui hoc ligant vas vitreum, vndique non cõtingens latera, & os obturant, relicto tantum foramine, quo collum foras promineat, sic incandescens olla, æremque concalificans in vase res contetas in vapores soluit: ex iis commodiorem elige modum, ac sufficiat semel extrahere. Multa sunt præterea vasa, quibus vtuntur, & pænè infinita. Rem autem, si inobediens & contumax fuerit distillationi, putrefacere & macerare solent, nunc equino fito, qui eiusdem semper sit calor, innouando diebus quinque, nunc soli opponunt speculi concavi opè, & sic etiam nos sæpè aquam extraximus, nunc viracis tumultando, vel cineribus, & accensis carbonibus iunperi, nam cum densum, & valde spissum sit lignum, multum accensum durat. Nunc autem ad operationes accedendum, & primo extrahatur quòmodo

*Talcis o'cum,*

quod apud multos arduum, nec ferè fieri posse iudicent, sic tamen parabis, vbi fuerit opus: In sacculum

lum immittito calcem cum litoralibus calculis,  
 & qui in fluminibus passim conspiciuntur, mul-  
 tum exagitentur, dum in tenuissimum redigatur  
 puluerem: vel id alia perficies industria, sic enim  
 omnibus fieri cōsuevit: inde in crudam ollam ac-  
 commodato, cra. siccitudinis & roboris nimij, oper-  
 culo inducto operi, & ferreis circulis munito, ac  
 figularia creta vbi illeueris, Soli resiccandum tra-  
 dito, postea in fornace lapidum locato, vbi elu-  
 cantur flammæ, vel alibi, dummodo violentissimus  
 sit ignis: vbi fornax ardere desierit, eximito, & vas  
 frange, si in calcem iam redactum optimè noue-  
 ris: sin minus, iterum efficere ne pigeat, & parera  
 operam impendas. cum perfecte inalbuerit calx,  
 porphyretico marmore terito, & in alium saccu-  
 lum accommodato, vel in marmore humidissimo in  
 loco, præalto puteo, vel cisterna, diuque immorari  
 finito, & nimia humiditate stillatim effluere cer-  
 nes, seruato: & in vitreum vas dictū inducto, quo  
 vtuntur chymistæ, in oleorum & aquarum extra-  
 ctione, sic ignis vi optatum recipies liquorem: fa-  
 cilius enim & citius in aquam soluitur, si perfe-  
 ctius & diutius fuerit combustum, & in calcē ver-  
 sum: nam in calcem redactæ partes, magisque per-  
 signem subtiles, cum aquis commiscetur, & in a-  
 quam conuertuntur. Si vis autem

*Sulphuris oleum,*

vel aquam, sic extrahes: Vas vitreum habeto oris  
 amplij & concauum, in campanæ formam, vbi lu-  
 to illeueris, pede ferreo suspendatur filo, inferius  
 autem amplum receptaculum locato, vt è margi-  
 nibus

nibus campanæ extillans oleum recipiat, cuius medio terreum, vel ferreum accommodetur vas sulphure conditum: ignem tunc succédito, & dum comburitur, aliud recentius superindatur: nam dum vitur, consumeretur erigens se fumus, vasisque feriens fundum, humectis exhalationibus corporefcit, & reciprocans in oleum coalescit, ac inde dilabitur. Hoc deatbandis, & expurgificandis dentibus optimum ostēdimus. In igneis verò mixturis **A L I V D** est: ignem enim admittit, & detinere potest: Viuum cape sulphur, non ignē expertum, ac iuniperi oleo portionibus æquis remisceto, & igne vitreis cucurbitis oleum elcito: in necessariis vitur. At

*Onorum oleum*

sic parabis: Supra ignem largo accommodato vase, sartagine, vel alio in hoc boleta proicies, spatha permiscendo semper, ac crebra diuorberatione ne cumentur, vbi in puluerem versa, prælo exprimētururato expressumq; oleum pyxide seruato. Vel ea elixando indurabis, & sic exprimatur liquor. In incensiuis autem mixturis **A L I V D** sic parabis: Onorum multa remisceto vitella, cum sulphuris medietate viui, ac sartagine accommodentur igni, vbi eluuiçs, vel oleosum quoddam per eorum superficiem enatabit, seruato: illud enim quæsitum erit oleum. Terebintinæ resinæ, & mellis oleū, vti cetera efficies: Eâ vasi iniciēdo, & lento igni accommodando: vehemens enim ascendere facit, & intus concipit ignē. Nunc autem laboriosam aggrediamur operationem, quoniam modo exprimi possit

*Argenti viui aqua.*

Sic tamen sedulo efficies: Fictile parato vas rotundo ventre, ac crasso, collo vero leniter turbinato, ut apratae capitis parti accommodari possit vitreum pileum, inde figulorum luto circumlinito spiramenta, ne viuum argentum in tenues auras euascescens respirare possit, aperto canali vas subiecto, ut liquorem suscipiat: sit vas postea peruium e latere, quo viuum argentum intromitti possit, igne totum incandescat, & vbi incanduerit, infundibulo, vel instrumento alio viuum argentum immitto, & extemplo cretam inducio, ut apratae parti par sit: vbi enim valde intonuerit, & crepitem ediderit, cogitur in vaporem solui, ac paulatim crascescens, in subiectam elabatur fideliam.

*De sublimatione, in calcem reductione, & reliquis in hoc necessarijs.*

C A P. I I.

**RELIQVVM** est quomodo sublimare, & in calcem reducere oporteat, edocere, quae res nostris operationibus necessariae passim conspiciuntur, & praemissas quodammodo sequuntur, quas breuissimè narrabimus. Et primo

*Sublimare quomoda debeamus*

**Auripigmentum**, ut huius similitudine discas & alia. Quia videmus aliquando res prorsus corrumpti, denigrari, & foedari, idque secundum diuersitatem eorum euenit: fit enim aliquando propter partes eorum terreas, nos sic defaecabimus: nec per aliud potest perueniri magisterium, quam per so-

lam

iam sublimationem, cum subtiles euolent partes, unde pernium magis & perspicuum videbitur, & per hoc ab adustione priuatur. Illud primò testatur, ut tenuius poterit, fictilem ollâ intus vitream coniectas, & oleum infundatur, quod non minus doctante superemineat, lignea rude miscendo semper, ne fundo inhaerescat, resiccatum terito, similemque impendas operam aceto & acri lixiuio, puluis demum cum tartaro, viuâ calce, ærisve ramentis in vase claudatur vitreo oblongo, & concamerato non ad summum vsque labrum replendum, sed medio tenus, ritè venter foras luto muniatur, & in solem conferto, finitoque in sole esse vsque dum resiccatum fuerit, & igni resistere valeat, clibano accommodabis, os ne claudas, ne ocluso spiritu stranguletur, coërcitamque suspiraret auram, leuis verberet ignis fundum vasis, inde paullatim senis concrescens houis, igne tandè candeat, eiusque vi petat fugitina pars vasis cameras, ibique in argentum album congestum insideat: vas frange, detrahe, ad vltimum recôdito. Euenit idem in descensu, nam in præceps facilius fertur. Si verò fuerint corpora & graua, aliis adiungantur leuioribus, ut facilius ascendant. Sublimandi modum præbuimus, quo in reliquis vitor: non enim multum inter se euariant. Si verò vis

*Argentum in calcem vertere,*

vel aliud, sic fiat: Ex argenti ramentis, & vno argento triplicato malagma confice, inde communi sale porphyretico marmore multum leuigabitibi ad perfectam vnionem peruenisse scies, in ob-



torto vitreo vase locato, quod facilius sit ascen-  
 sus, igni appone, eiusque vigore viuum argentum  
 per fistularum colla in receptaculum dilabatur,  
 quod vasis imo remanet fundo, dulci aqua confri-  
 cato, nouam subinde affundens, dum nullum sal-  
 suginis vestigium excernatur, & amarorem ami-  
 serit omnem, dulcescente aqua iam calcem habe-  
 bis. Est & parandi ALIA ratio: Argentum forti  
 aqua soluatur, vt assolent aurifabri, & fontis im-  
 misceas aquam, quæ communem salem excedit,  
 sic argentum ad imas vasis partes procumbere vi-  
 debis, penicillis aquam exugito, & calcem testa-  
 eco vase, flagrantibus carbonibus appones, detra-  
 he, dulci que aqua falsedinem amoueas, quod de-  
 nuo semper exercebis, dum totum abiisse cernes,  
 & modus lauandi sit, quem in priori reddidimus.  
 Sic argentum in calcem & ceram vertes. Eius ra-  
 mena cum sublimato viuo argento permixta vi-  
 treo apto condentur vase, & flagrantibus prunis  
 exponantur, & vis ignis viuum argentum expel-  
 lat, & in ima vasis parte fixum argentum, vi ce-  
 ram, reperies, gemmis aptum, pyxidicula seruetur.  
 At

*Plumbum. & Stannum.*

in calcem vertere si volumus: Stannum vase li-  
 quefcet aliquo, & in tenuissimum salem proiici-  
 to, coryli caudice vertendo, vt adherentes partes  
 separentur, & granulis milio proximis verrantur.  
 vel eliquatum per arcta cribri foramina traicito  
 in frigidam aquam, ac veluti vermiculos effinges,  
 denuo opus repetendum, dum tenuissimum effi-  
 cias.

ctas : Inde puluerem in feruentem aquam mergi-  
to, tantisper mutata aqua, & colata, donec victo sa-  
le dulcescat, & falsilago abierit tota, & in fictilem  
ollam condito, & laterum vel vitrariorum fornaci  
condes diebus tribus, & in calcem redactum  
repeties totum. Vel ALIO modo, vt granulo-  
rum vicem expleat, & docet Geber : Aperto li-  
quescat erarere oris ampli, vnco ferro superficiem  
erodendo, vt curim detrahat superficialem, exco-  
riando semper, donec omne cineractum, vel pul-  
ueratum habeas, ollam imponitur, & fornaci in-  
ditur, & laxato obturamento visitur, dum in cal-  
cem vertatur eadidam. Vel A B I T E R: Fictili cra-  
tere amplo, lutoque munito colliquerur plum-  
bum, ferrea spatha versando per diei quadrantem,  
nulla dum in puluerem vertatur interpollatione,  
quod in ollam iniice, ac forti reuerberationis igitur  
per diem apponito, & candicans reperies, setaceo  
cribro transmissum seruetur. Remanet autem, vt  
doccamus &c.

*Aes coquere,*

quod a multis traditur, stibium tamen nullibi,  
quod sciam, traditum est, taliq; expedies pacto:  
Aes fusorio in vase liquato, cum æquis stibij por-  
tionibus simul colliquatis, tantundem superaddi-  
to stibij, & super platum marmor proicias, vt in  
eius superficie frigescat, vt aptius in lamellas du-  
catur: duos deinde excavabis lateres, vt intus com-  
mode accommodari possint laminae : vbi accom-  
modasti, operculetur alio, ac ferreis vinculis, & lu-  
to stipetur, resiccaturum vitrariorum fornaci indi-  
tur,

tur, ibique per hebdomadam immorari finito, & perfecte comburatur, detrahe, & ad usum aecommodato. Possunt quoque

*Argentum viuum e plumbo extrahere,*

& in hunc modum: Tenuissima plumbi ramenta in ardentem aquam nullo phlegmate redundantem proiciantur, adiecto tartari & salis momento, vel quod medietate æquet, & aqua super plumbum quadrante supereminet, os operculato, & per mensem sub fimo obruito, post detrahe, & vitro in vase obtorto, ne multum ascendendo laboret, ignis subiiciatur, & aquam extillans viuum argentum in guttulas versum ascendere conspicias: ubi hæ notæ comites apparuerint, aucto igne recipias. **SAL** tartari sic fit: Eligenda est sex à vino vetere: ea autem diligenter siccata, noua testa largo igne vratur, vsque dum penitus incendatur: experimentum legitimæ vstionis est, vt aërio nitore inalbescat, linguamque tactu vrere videatur, id calida dissolues aqua, & penicillo coletur, & noua olla lento igni euaporet tota, remanens in fundo est sal, quo in operibus vtimus. Vel **ALITER** argētum viuum e plumbo vberius faciliori sic detrahes via: Sit fictilis ollæ fundum crebris foraminibus lacessitum, & exiguis, in aliam subintret ollam, ac tenaci luto commissuras stipabis, breui, eiusdemque capacitatis effossa scrobe obruatur, sola vndique terra pedibus conculcata, superiorem vacuam medio tenus viua repleas calce, nec aquam experta, inde lima quæsitum plumbum, & renetritum disseminabis, viua calce reple totâ denub,

vt in

ut in medio collocetur plumbum, & puerorum vrinam expurgificabis supra, sic operculo imposito, omnique oblitito spiramento, ignem adhibe vehementem, & vndique tumulabis, & per diem immoretur: fortissimi enim vi ignis per aperta fundi foramina in subiectum vas viuum decidit argentum, sextæ illius respondens parti. Nec dissimiliter nimum

*E stanno spiritum elicere*

possimus, cum volumus: Stanni enim climata scobs cum salnitri æquali pondere, olla inditur, cui superius septem, vel multas pertusas accommodabis ollas, ac spiramenta luto claudas & munias, supra vitream vas innerso ore accommodabis, vel aperto canali cum subiecta paropside: inde ignem adhibe, & incandescentis rumorem audies, euolat in fumo spiritus, & ollarum cameris, & vasis vitrei fundo compactum reperies. Temporis, ne nimum teras in elimando stanno, in liquatum stannum medietas viui mergatur argenti, & pila tundatur, & habes illico, & citius euolat spiritus, & fixum argenti viuum habes. Organum si terrenum à latere perforabis, commodius paulatim iniicies & obturabis. Sic quoque

*E stibio*

possunt extrahere: Stibium, quod seplasiariis an-zimonium dicitur, tenuissime manualibus molis subigitur & tritatur: inde noua olla carbonibus accensis condita rubescat tota, cui stibium, tartari duplum, salnitri quadruplum optime rusa paulatim iniicies, cumque tollitur fumus, oper-  
culo

eulo claude, ne surgens fumus euolet, tollito de-  
 mum, & aliud proiçito, dum totus cõburatur pul-  
 uis, igni postea aliquantisper proroget moras, ex-  
 tracta refrigerari sinito, & superextantes tollito  
 feces, & in fundo insidens viuum argentum repe-  
 ries, quod vocant chymistæ regulum, & plumbum  
 præ se fert, facileque in hoc trãformatur. Si enim  
 (Dioscorides ait) paullo magis concrematur, in  
 plumbum vertitur.

*Quomodo friabile adimitur, in corpus rednitur, & color in  
 eum itabitur.*

C A P. III.

QVÆDAM quoque dicendis necessaria sub-  
 iungere visa sunt: in metallis enim fucandis, &  
 adulterandis sæpe accidunt: vt instructus opera-  
 tor ad ea accedat: sic enim pulçiora & perfectiora  
 spectabuntur. Primò autem

*Friabile tollere*

docebimus, vt fieri poterit, in calcem redigito, sub  
 fimo condito, post hæc facito cum incanduerit  
 igni, restringantur, vel liquata proiçiantur, vbi  
 ardens aqua sæpè purgata, terebinthina resina, i-  
 plius oleo, cera, sèpò, euphorbio, myrrha, factitia  
 chrysoçolla, qua vtuntur aurifabri, vt celeritatem  
 dent fundendo, aurique ferruminienam si inhabi-  
 le metallum fuerit tundendo, quia vnctuosa sæpè  
 corpora præmollire solent: si omnibus, vel aliqui-  
 bus iis liquore subacto in pastillos digerimus, &  
 vbi metallum vi folium ignibus cedit, intus proi-  
 cimus. Vel hæc limi modo crassescant, & vt. *lenta*

lenta reddantur, metallum igni apponito, vt accen-  
 sis carbonibus ignescat, & exemptū restinguatur,  
 ac finito semissem horæ combibere. Vel canalicu-  
 la perungantur, illaq; infundantur, & suppriment  
 fragilitatis multum, & huius adminiculo malleo-  
 cedunt, & sub eo extenduntur, vbi prius tacti in-  
 partes diffiliunt multas. At si volueris

*Metalla in corpus reducere,*

quia in calcem versa, non denuò leui iunguntur  
 artificio, eòsentaneum fore duximus edocere, cum  
 crebro in nostris operationibus vsu veniat. Hæc  
 huiusmodi retinent vim: chrysocolla, tartarum, a-  
 lumen, ouorum vitella, sal alchali, ammoniacum,  
 salnitrum, & quem saponem vocant, omnibus iis,  
 vel eorum quibusdam globulos effingimus, ac fu-  
 sorio in vase, vbi calces liquefcunt igni, proiiciun-  
 tur, & in pristinum reuertuntur statim: eum hoc  
 probè noueris, extrahito. Id tamen animaduersione  
 dignum est, si calx auti fuerit, cum ouorum vi-  
 tellis & similibus: cum albumine & tartaro argen-  
 tum: amurea verò olei maximè in hoc præualet, id  
 ne ex corporum reductione coloris nitore defrau-  
 dentur, sed magis concinnum præbeant. Nunc ve-  
 rò reliquum dicturum video, quonam modo pos-  
 sit quis nobilissimum metallum

*In cutim trahere,*

quod idiotæ dicunt chymistæ: putant enim partes  
 in meditullio positas se imposturis foras allicere,  
 ac extrahere, & inter natas partes ex solis viliori-  
 bus cõstare. Sed à veritate discedunt, quia in super-  
 ficie tantum remissiores exest partes, & aliquan-  
 tum

lum vitum argentū forās allicitur. Res enim corrodunt omnes, quæ medicamentum subintrant, duriores relinquuntur: expoliunt, & dealbant: antiquorum fortasse numismatum fide ducti, intus meracum æs, forās autem simplex argentum conspicientes: sed hæc simul ferruminata sunt, malleis tusa, tum demum typis excusa, id tamen artificio simili sic fieri posse penitus est arduum, nec fieri posse iudico. Quæ tamen expoliunt, hæc sunt: cōmuniis sal, alumen, calcanthum, sulphur viuum, & pro auro tantum ærugo, & sal ammoniacus: Cum opus obeundum est, eorum partem in puluerem redigunt, & cum metallo vase aliquo intermittunt, fictili luto circumlito, & operculato, exili peruiso spiramine lento igni accommodant, ac peruri permittunt, & ne metallū liqueat, ne folibus ignem vexes: cum pulueres perusti resident, quod fumo dignoscunt, laxato obturamento visunt, sed metallum igni accenditur donec ignescat, & ignitum iis immergunt. Vel ALITER: Aceto accommodant dum strigmentosum fiat, & vbi circumlitum opus linteaminibus inuolueris, coniectum in fictile acetum continens diu decoquetur, extractum in vrinam conicies, sale, & aceto ebullire finito, donec nulla prorsus sordes emergat, & fœdæ medicaminū maculæ aboleantur: & si candidissimum non deprehenderit, idē munus rursus obeundum, dum perficitur. Vel sic ALITER seriatim procedas: Opus cum sale, alumine, & tartaro ex aqua in olla sinas ebullire, quum tota superficies inaluerit, finito paullisper: inde sulphuris, salnitri, s-

lis,

lis, æquis portionibus ebulliant tribus horis, vt in eorum pendeat medio, nec vasis latera contingat, eximito: & cum arçnula perfricabis, dum sulphuris virus euauerit: demum vt prius ebullias denuo, & sic inalbescit, vt ab igne soluetur, nec vti vitiosum improbabitur, vtile reperies, si ritè pergeris, & gaudebitis, nisi in vestram perniciem eritis abufuri.

*Quoniam pacto ponderosius fiat metallum vnumquodque.*

## C A P. IIII.

SÆPE apud chymistas, eosque qui huiusmodi studio vacant, quæritur, quoniam pacto fieri possit, vt in auri pondus argentum excreseat, & metallum vnumquodque suum debitum superet pondus. Nos qui prouinciam hanc assumpsimus hic ea docere, quæ magis eorum conatibus & sumptibus efficiuntur, facile & parçè faciant, capiât conficiendi normam, & hinc perspicuè hauriant, quicquid occulunt alij, suorumque dogmatum mysteria fabularum inuolucris, & figurarum umbraculis contegunt: eos tantum rogatos velim, vt cum necesse sit tantum vtantur: ergo ita exordiamur. Sale aliqui, & antiquis testis argentum in tenues bractæas deductum igni detinent, vt ibi ab humiditate vendicent aliqua, & densentur partes, quæ pondus adducunt: At sic expeditius *Id est* efficiet: Argentum in subtiles lamellas ductum cinabari, ac sublimato vino argenio vicissim inspergant in vase igni contumaci, & supra luto, & vinctulis munito ne vim suspiret, carbonibus circum-

septum



septum per naturalis diei medietatem detineatur, & friabiles exēptas laminas in cineritū alucolum igne candicans, & in colliquatū plumbum immittunt: & eximie vi folium flatu, quod pessum it plumbū, ad receptaculi oras expellant, vt secū contrahat sordes, & purgatū relinquat argentum: quæ solet probatio commēntaria, vel cupellaria omnibus nominari, quod cōmentū omne purgetur. Quod si ponderosum non reperies multum, denuo rem perage, dum auri expleat pondus. Possumus sic, & **ALITER** argētum augere, Stillatitium, & forte acetum in labellum infunditur, contractū stibium, ac lima quæsitum plumbum tundantur, & succernantur, quidquid non transmeat, denuo in pilam repetitur & molitur, vt sic tenuius cribretur, in distillarum acetum iniicies, & sub fimo cōditur, dum soluta conspicias omnia, igni postea demittito vas, & opus intus extinguito saepe, vel ex his aquam extrahito, & idem præstabit. Cum sulphure, vt docet Geber, in calcem, & corpus reducēdo multum acquirere ponderis. Si exoptabis

*Aurum extrahere*

plurimum, & augeri: Si in vas fuerit efformatum, aliudve, & ponderi magnitudo non respondet, Aurum fluida argento manibus digitivē perfricabis, dum illud bibat, donec quæsitum expleat pondus superficiei coherescens: dein validum parato lixiuum ex sulphure, & calce viuis, & cum auro in ollam patentioris oris conice, leuibis subiectis prunis, tādū indefinenter bulliat, dum suum iam calorem cōtraxisse perspexeris: sic extrahito, & habebis.

habes. **V E L** ex ouorum boletis, lithargyrio aureo  
 aquam valido erugito igne, & in eo ignitum au-  
 rum extingue. Si autem vnumquodque exerce-  
 re volueris, sic habes

*Aliud optimum:*

Si ritè peregeris, aurum satis ponderosum reddes,  
 nec caelaturæ formæque erit impedimento, sed u-  
 lus tamen esto: Antiquorum laterum ruberrimi-  
 salis nobis vbique venalis, ac flagrantissimus cal-  
 canthi puluis paretur, aptoq; inspergas vale: Ar-  
 gentum puluerabis, vel forti aqua, vel ex calce, vel  
 leui artificio aliqua: inde aurum vicissim cum pul-  
 uere inspergendo accommodabis, ac præpostere  
 vas explebis, & obrutabis; igni accommodato per  
 tertiam diei partem, nec ignem folium vexes spi-  
 ritu, detrahe, & solis pulueribus sine argenti calce  
 innouabis, & explebis: Si aurum colorem deperdet,  
 sic refarcies: Salnitro, ammoniaco sale, calcantho;  
 & laterculorum puluere, cum vrina strigentum  
 facias, aurum operi, & lento condens igni. **E S T**  
 & lauræ genus aliud vti fieri consuevit: Aceto e-  
 bullire curabis; sale ammoniaco, argine, tarta-  
 roque, dum amissum recuperet colorem. Si ful-  
 gentissimum nitet, & remissius optas, remedio  
 est, vt vrina madefactum in candentem laminam  
 refrigerari sinas. **S I** e calcanthum conciemabis,  
 vt flagrantissimum reddas: In vas coniectum, car-  
 bonibus obrutum decoquatur, dum in florentis-  
 simum & flagrantissimum colorem permuetetur,  
 eximito & recondito, nec in malum suscipies v-  
 sum. **Postumus** aristamenti **A L T E R** opus  
 exple-

explere argenti vicem explens, nimiumq; ponderis suscipiet. Et fit **A L I T E R**: Antiquos lateres ignitos in oleo restinguas, inde terito, & cum viuo argento remisceto, marmore simul læuigato, ac vitro in vase ad ignem imposito, eliciatur oleum, cuius igniti operis extinctione, augetur pondere. **A L I T E R** autem, & perfectius aurum augetur: Si æris duplum eum argento colliguetur, inde in tenues ducatur bractees, ac paruulas; parato interea è fortis aquæ facibus puluerem, salitri scilicet, & calcanthi, ac forti in vase fusorio lamella, peluis, inde auendum aurum accommoletur, & præpostero ordine vas explebis: postremo os luto munito, & igni lento committito per diei medietatem, detrahe semper idem innouando, dum ad statum peruenit pondus. Iam pondus augere docuimus, ne calatura vel rei forma impedimentum accipiat. Nunc verò restat quomodo possit & sine formæ quoque ac calaturæ damno

*Argentum, vel aurum diminui*  
 Fortiaqua affolent multi, opus autem tuberculis, & depressionibus scabrum reddit. Sic autem facies: Sulphuris puluere asperges opus, & circum vndique candelam admoueto, vel sub opere incendens, paulatim exardescens consumitur, malleo deante in aduersam partem, & superficies cadet, quantitas eiusdem, cuius volueris, uti sulphure veteris.

*De ære, & illius medicinae primi ordinis.*  
 C A P. V.

Nos ne scribendi seriem conturbetis, metallorum

tallorum vincturas aliquas conscriptari sumus,  
 postquam de eorum præparationibus satis dixisse  
 visum sumus: & secundum ordines tradere decreui-  
 mus, tum quia sic posceret ordo, tum quia id ab  
 antiquis obseruatum philosophis comperio, & id  
 cæteros consecutos vsu inualescente, ut sua quis-  
 que retineat experimenta, quæ quâlibet acq̃ sint  
 à nobis non omittentur, & eorum lectioni cupi-  
 dus accedat, quæ trahitur. Hic ea docentur primò,  
 quæ metallica colorant corpora, fucant, & adu-  
 terant, non perpetuò, sed paulatim euanescentia;  
 nec examinibus omnibus exposita sustinent ea,  
 non concupiscenda, nec omninò posthabenda:  
 & quia perpauca non sunt libri, qui huiusmodi re-  
 scateant, & pleni sint, multaquæ circumferantur,  
 ea nos tantùm conscribemus, quæ paratè facilia, ac  
 perpulcra spectantur, ut splendore & formæ leno-  
 cinio optimatis censuræ oculos subinde fallant,  
 nec discernant vera, an falsa, eos tamen habeantur,  
 quo fuerint precio. Sed optimi exposcunt artificis  
 manus, qui vero tali defraudantur experimento,  
 optimos saltèm cõsulant, ne frustrentur. Dealbant  
 æs præcipuè arsenicum, argentum viuum, argenti  
 spuma; quam Greci lithargyron vocant; pyri-  
 tis, magnes, argentum viuum sublimatum, tarta-  
 rum, sal ammoniacus communis, quem vocant A-  
 rabes alkali, salnitrum, & alumen. Si omnium, vel  
 aliquorum dissoluto liquore es igne inflammatum  
 extinguatur, vel colliquatum mergatur: aut in re-  
 zines lamellas diductum, iis in puluerem reductis  
 fulorio in vase vicissim intermissum diu dius igne  
 deti-

detineatur, ut fluxum reddatur; vel fuso metallo  
 inpersum cumulatiùs in frustum (in puluerem  
 verò cauto, ne ignis vi absumatur, & metallum  
 non inficiat) mirum semper suscipit inde candore-  
 rem, ut merum videatur argentum. Tu verò ut di-  
 fcas, & alia componendi occasio porrigatur, aliqua  
 nunc apponemus.

Exempla:

Facilior enim est ad intellectum per praxim via, i-  
 deo quod sermo descripsit, operatio assignet: In-  
 candescat olla fictilis viuis carbonibus exaggera-  
 ta, plumbum intus soniicto, & cum igne diffu-  
 sum cernes, tertia arsenici pars, quod crystalli mo-  
 do pellucet, inspargito, in puluerem redacta paul-  
 latim dū vratur, ac olei instar per eius superficiem  
 fluit, & partes aliquae combustae per fumum vo-  
 lent, sine quiescant dum extingtorum carbonum  
 reliquiae supersint aliquae, vas deinde frange, &  
 concretum oleū in eius superficie insidens, & ci-  
 nerulū deradatur, tundito, & infusum æs pondere  
 triplicato, paulatim proiicto, ac dealbescet: nec  
 obest si paulò plus impositū foret. At si argento-  
 sum peroptas, ut eximū recipiat eandorem, cum  
 aeris massula argentum illiquefacito, proiicto, &  
 demum eximito, ut minus moræ in ignem pro-  
 roget, alioqui euanescit, quod in iis animaduer-  
 sione dignum est. Si enim in igne diutius manet,  
 quàm fuerit opus, colorem expitant, & vi efflata  
 elanguescunt, ut in pristinum reuertantur statum,  
 quàm minus ergo poteris igne detineantur, sic  
 album & mentium dabit argentum. A L I T E R  
 si et

Si ex æris ramentis & viuo argēto malagma conficiēs, vitreo vase indira, in igne cœolet viuum argentū, æs album remanet, si opus fuerit, iterabis. Si salē ammoniacū, & ouī cortices simul tritabis, & ex iis aquam elicies, extinctum in ea ignitum æs, miram. suscipit inde albedinem. Habebis sic quoque

*Aliud:*

cum Auripigmento, nec operando inefficax, & si tempore liuoris inficiunt notæ, abstergere conabimur: Sit auripigmentum optimum, in squamas dehiscens, fissile, aureo micans colore, ter, quater sublimabis cum elimata æris scobe, tartaro insperio, & cum eo pari pondere vel descendere facies, vs̄ perpetuò fulgeat, & splendidissimū perduret. Soluatur argentum forti aqua, quæ nullo phlegmate redundet, ac effervescente vase siccetur, donec id septies, vel minus expleueris, simul permisce, ac porphyrite lapide læuigato, leui imbre, vel guttatim inspargendo tartari oleum, vel ammoniaci fixi salis: vbi verò feruidus sol illuxerit, ei exponito, & siccetur: plus denuò suggeratur olei, & siccescat tantisper, donec argenti pondus expleat. Sic vitreo vase condito, & fimo supposito, quousque soluatnr, solum coaguletur: & super illud decem vel octo æris partes proiciantur, & peculiōse dealbat. E s̄ r̄ aliud: Si ex stimmi viuum argentum extractum, plumbi colore, quod omnes vocant regulum, super æs proieceris, dealbat æs, & multum. Extractionis modus iam patuit. Nec prioribus

*Disimile*

habebimus experimentum, maximeque æs deal-  
 bescit: Arsenicum sal, tartarum porphyretico teres  
 lapide, sæpius distillato aceto imbibendo: caleni  
 soli exposito, & exsiccato, denuò madeat, & sic-  
 cescat denuò, inde vasis folio insternes, & ignis vis  
 sublimet, vasis collo & cameris cōpactum inhæ-  
 rescat, quod bis senis eueniet horis: igne subinde  
 factitium liquefcat calcanthum: liquefactionem  
 enim non respuit, cui viui argenti medietas im-  
 mergatur, lignea rude misceto, & extractum por-  
 phyrītis attritu valido, aceto superinfuso, excru-  
 cietur, nec auripigmentū desit sublimatum, vti di-  
 ximus: deinde argentum forti aqua soluatur, & ca-  
 lidis cineribus euaporet, tertia relicta parte, humi-  
 do in nocte seruetur loco, cui tantundem ardentis  
 aquæ adiicito, & sub fimo dissoluatur: tūc iam ser-  
 uatas terito, ac tartari oleo triplū adiungito, & sub  
 sole inarescat, vel furnulo lucernæ lumine, multo-  
 ries ardenti aqua innouato, & æquali pondere cum  
 argenti aqua immisceatur, mixtura sub sole arefa-  
 cta, calido condēs loco, ne soluatur, cuius pars su-  
 per æris viginti partes repurgari, vel triginta in  
 calcem redacti, optimū dabit pseudargyron, quod  
 dentium apprehensu cedit sine asperitate, & sub  
 malleo tunditur. Sic verò aliter optimum

*Idem*

conficiemus ex aurichaleo, auro simili, ei tamen  
 inimico: nec enim valet illud conatibus imitari,  
 vti rude putat vulgus: album autem facile sic red-  
 des: Aurichalceas bractæas per diem in aceto ebul-  
 lias,

lias, & cum argenti viui æquali portione, sale, & tartaro infusa aqua, fictili & noua olla sinas ebullire, lignea rude semper miscendo, vel ex creta excocta, non tamen ferrea, vel alterius metalli, quod proinde maximè præcauendum: inficit enim tunc mixturam, vt nimium illius contrahat, & tandem coqui vult, donec candoris satis contraxisse videatur, & fragilitatis, detrahe viuum argentum, & refrigeratum ad vsum repone: Bracteolas autem in vas conijce igni contumax cum arsenico, & tartaro, vicissim inspersis, dum vas expleueris: os operculato, tenacique luto stipato, ne halitum eructet: vbi enim huiusmodi pulueres, vel tenue aliquid subintrat, vinculo suprâ, & luto inhiberi oportet, ne surgens fumus euolet, & intactum relinquat metallum: obest enim multum, vasis os inferius obuolue, vt minus euolans, effectus habeat aciores, per horarum flagrantibus prunis candens peturatur, inualefeat ignis, sic deinde carbonibus tumulatum per tres alias horas conquiescere finito, & exemptas mortario terito: friantur enim attritu facili, ac igni eliquatas super tres æris partes proijcito, & insignem recipient candorem. Magnetis quoq; puluis dealbat æs. At si ALIUD quæris optimum: In vas conijcito factitij arsenici, & salnitri paria pondera, claudatur os vasis ne respiret, & vratur carbonibus succensis; & in puluerem vertatur: cuius medietas cum sublimati argenti viui pari portione misceatur, ac tartari puculo in calcem redacto: vbi autè vi folium æs cedat liquefactum igni, proijcitur puluis, ac rude li-



gnea mouetur, dum purgetur, si id factū noueris, reliquum proiicito puluerem, ac uiuo argento sublimato, super æris quadruplum in melle refrigerati finito, & dealbefcet. Si uerò quæris

*Æs argenteum reddere,*

vel cyprium, uti sæpè pueri, & circulatores assolent, ut illitò uasa argenti nitorem capiant, conficiendi hæc est ratio: Ammoniacus sal, alumen, & salnitrum pari pondere misceantur, & modica argenti scobe lima quæ sita igni admoueto, ut infurescant, & ubi fumare desierint, respersa puluere, uel saliuæ oris madefacta, uel paulatim adiecta digitis fricando tractabis, & argenteum colorem imitari uidebis. Nitidius autem **A L T V S** cōficiendi hic est modus: Argenti pusillum forti aqua soluatur, tartari tantum mergito, & ammoniaci salis, dum strigmenti crassamentum imitetur, inde in orbiculos digere, & inarescant: sic eis æs, uel aliud consimile genus digitorum tractatione crebra, ac saliuæ complexu frianti argenteum uidebitur. Nec minus **I D E M** euenit argento uiuo, miræque dealbabitur. Seruentur hæc argentata, ne ab acris noxam suscipiant, ueluti uirina, aceto, limonum succo, & similibus, de facili enim colorem perdunt, coarguuntur, & deprehenduntur. **S I C** quoque si æs soluatur aqua forti, uel eius ramenta ferrum tangens in colorem tingitur æris, sic idem in auro & argento: & metalla diuersimodè colorabimus & fricabimus. **S I C** tactu argentum possumus inficere, ut infectum reiciatur: **Manibus sublimatum argentum uiuum pertracta-**

tractato, inde argentum, vel argentea numismata  
 manibus versans. inficies, ut nil penitus valere vi-  
 deantur. Hoc præterea indictum non abibit, quod  
 præcipuum in colorandis metallis est, ut sint ca-  
 sæpius defæcata, elota, ac crementis omnibus  
 expurgata, & præstantiora erunt: uti aceto æs ex-  
 tinctum, in calcem cum sale redactum, ut defos-  
 dantes tollantur partes, quousque earum appa-  
 reant notæ, & profundius fiat commixtio: sit vasis  
 fundum crebris foraminibus læcessum, & per ea  
 colliquatam metallum descendat, ut crementa,  
 & spurcias supra relinquat, nullaque extet scoria,  
 eoq; præstantiora fuerint, quò minus excrementi  
 in eis fuerit, infra purum dilabatur, cuius tamen  
 meminisse semper oportebit.

*De ferro, & eius medicinis primi ordinis.*

CAP. VI.

I AM de ferri medicinis aliquid commentari  
 monet ordo: id enim sapiētes Indi magnificerūt,  
 cum in se boni retineat multum, & in nobilius fa-  
 cile transmeat metallum, aliquibus verò, quod æ-  
 grè igne liquefeat, ob fixum sulphur, & maximas  
 partes terreas difficulter tractetur, ceu inutile rei-  
 citur, nos ad eius liquefactionem molientiam, &  
 colorandam dicimus, cum ab æris medicinis non  
 parum distent: Primò scoriz & rubiginis viru de-  
 facabimus: terreum enim magis ceteris est metal-  
 lis, ideò quoties excoquitur, toties excrementitias  
 ex se sordes gignit: Sæpè forti lixiuis, & aceto re-  
 nuissimas tollingues laminas, vbi communis sal,

Et alūmen bullierit, donec candicent, cuiusque ramenta ex sale in mortario teres, mutato subinde sale, donec nullum nigredinis indicium præbeat, ac ferri rocrementum eluatur, cuius laminas sic alabis: Ex argento viuo, & plumbo malagma confice, terito, eiusque puluerem testaceo in vase cum laminis interpones, claudatur, & luto muniatur, ne vltum relinquatur spiramentum, in igne per diem perseveret, vehemēti demum liquecat: malagma enim & candorem, & facilem colliquationem mouetur, denuo in lamellas dices, & denuo inceptum: porages, dum candoris satis contraxisse conspicias. sic quoque si per vasis fundum liquecens descendat cum plumbo, pyrite, arsenico, & omni quod in ære diximus; si argenti partem addideris, ei magis assimilatur: coniungitur enim facile auro & argento, nec per separationis examen sine magno labore, & industria separari potest. Ex eo quoque

*Ferrum auri colore tingere*

sic possumus: ex eo enim crocū elicitur, quod croceo tinctu inficiat, ita nuncupatum esse auguror: ferrum tamen hoc optimè præstat. Fereas laminas fictili in olla viuo intermisso sulphure, & luto munita, igni cōcremabis, dein extrahe, & friabiles reperies, terito, & in vas patuli oris posito, vbi distillatum acris acutum infundatur, sub caniculae sidus exponito, si ad ruborem nondum peruenit, rursus sub sole habendum; vel feruentis aquæ balneo, dum rubescat finito, pericillo exgatur, vel in vas aliud transfundatur, rursus accu-  
tum

zum addatur, & eadem sequatur, dum ferrum solvatur totum, per vitreum vas euaporet humidum, & residens puluis super argentum, vel aliud album proiectus, auri colorem imitabitur. At

*Ferrum in æs commutare*

si desiderabis, vt nil ferri prorsus retineat: alumine & atramento sutorio tingi potest. In Carpatho enim monte Pannoniæ Smolinitio oppido ferrum puteum esse, in quo aqua in tres canales hausta effunditur, ferrum illis impositum vertitur in æs, & si tenuia erunt frustula, in lutum transeunt, quod ignibus excoctum in purissimū æs transit. Sed sic faciliter commutatur: Fusorium in vas ferrum conijcito, dū vehementi occanduerit igne, & fluxum fieri incipiet, viui sulphuris aspergine saturabis, paulatim remoue, & in virgas pronece, & teratur: facile enim friatur, forti demum solvatur aqua, ex salnitro, alumineq; confecta, calidis infervescat cineribus, dum in vapores soluta evanescat, remansens puluis in corpus redigatur, & habebis.

*De Plumbo, & eius medicinis primi ordinis.*

C A P. VII.

ARDVVM esset plumbum in nobilium metallum commutare: id tamen commoditatis habet, quod in rubrum facile tingitur, vel aurum, at in verum aurum transmutari id penitus difficile esset, cum multū ab auro nobilitate recedat. Igitur vt ad tingendi normam accedamus, id de plumbo præcipiatur, vt priusquam aliquot cum eo aggregare, la uteris optime: multam enim terreæ partis

exuberantiam habet, vbi optimè laueris, sic facillè

*Plumbum in aurum tingere*

poteris: Combustum æs lapidea pila subtiliter  
 pinfito, & tenuiter cribrato, identidem chrystal-  
 linum vitrum, inde plumbi bracteis, alternis his  
 insperſis repleatur fictile fuſorium vas, vt vtrin-  
 que combustum æs contingat: adhibe paulatim  
 ignem: inde folium flatu liqueſcat, vbi autem re-  
 frixerit, adhærentias ſeparabis, & ter quaterque  
 eandem operâ impendas, & colorabitur: inde cad-  
 miam terram tenuiter ruſam, & rubeam habeas,  
 ac paſſis vuis, aridis ficibus, & dactylis remiſtis in  
 vaſe ſubſternito, inde cyperi radicem, vel curcu-  
 mam dictam adhibeto: & ſemicoloratas bractear  
 viciffim inſpargito, ac operculo inhiſceto, tenui ta-  
 men foramine peruo, tamdiu lentum adhibendo  
 ignem, donec humiditatē exhalauerit, inde vi fol-  
 lium ignē vexando colliqueſcet, & in virgam prohi-  
 ciatur: nec auri patitur ſocietatē. **C A D M I A** au-  
 tem terra ſic purpurafcet: Ferri ſamentis, cum in  
 lebetè igneſcunt, ammoniacū ſal inſpargito, remi-  
 ſceto, & in pilâ proiice, & cōtere, deinde in ignem  
 quater reuoca, & in vaſ demum proiicito, diſtilla-  
 tum peracre acetum inſundendo, per menſem ſi-  
 mo condito, acetū detrahe, & ſacibus iis cadmiam  
 terram ſæpius imbibas, & rubefcet: in aliis vti-  
 tor. **A L I V S** extat tingendi modus: Ferri, quod  
 diximus, crocum habeto, in pilam calcanti pat  
 pondus iniicito, hæmatitis lapidis, & ſulphuris, æ-  
 quis portionibus tantundem, auripigmenti ſeſqui-  
 tertium, cadmiæ terræ rubificatæ ſextum, omnia  
 in mi-

in minutissimas partes concidito, aptoque vase ignibus indito, dum euolet humiditas: vigorato postea, & vis ea sublimet omnia, cuius pars vna super plumbi quatuor, in auri colorem conuertet. Tantam vero plumbum cum stanno affinitatem habet, vt facile possimus con-

*Ventere plumbum in stannum.*

quod simplici euenit lauacro, dum enim sæpius lauabitur, vt pars illa aboleatur terrea, in stannum transmutari vidimus: argentum enim viuum illud, quo in puram reducebatur substantiam, & non scadam, semper in plumbo remanet: vel eius pars, vnde facile stridorem adducet, & in stannum conuertet.

*De stanno, & eius medicinis primi ordinis.*

C A P. VIII.

EST & plumbi species altera, & alba, quam stannum vocant, cum ab eo parum differat: vnde sæpè in plumbum vertitur, & plumbum in stannum: perfectius tamen plumbo est metallum. Est & argenti æmulum, simulq; multum colore communicant, hærentque: suapte natura stannum talem sortitur colorem, vt alia maximè dealbet corpora, sed frangit, & friabilia reddit, præter plumbum: quiq; artificio aliquo cõmiscere callet, non minimum nanciscitur opus. Pro viribus ergo argentum imitari conemur, quod facile præstabitur, si quæ inficiunt, infirmitates abolescimus, ac funditus eruimus stridorem, videlicet surditatem, liuorem, & molliciem: non enim prius ignitum liqua-

liquatur, sed igni adherescēs eximie velox fluxum facit: has impingunt notas, nec in meditullio coniunctæ, sed vti aduentitiis illud spoliare possumus, & primò docebimus

*Stanni stridorem tollere, & molliciem.*

Non desunt, qui id euenire tradant cineribus, calce, oleis, & distillatis aquis, si colliquatum extinguitur, nec minus bullitionibus: at sic perfectius & commodius expedies: Igne stannum postquam fuerit solutam, argentum viuum iniice, amoue, & in vitrea cucurbita accommodato, cui venter in orbem turgescat, & collum in longum porrigatur, atque curuetur, inferuescat igni, eiusque vis argentum viuum sublimet, & per vasis collum suspendatur, & descendat stillatim, vt prorsus absumatur, remanet in fundo stannum, hoc identidem ter, quaterq; efficito, dum penitus, vt glacies, nullã exhibeat stridorem. Sic vero **A L I T E R** rectius expedies: In calcem redigito, vt docuimus, vt fugitiuam illam, & non fixam argenti viui substantiam delect, vel sulphuris potius illius causam? & si primam, & secundam post vicem non eueniet, vicissim tertio prosequere, in corpus cum debitis reducens, voti fies compos, & sic durefcit, vt prius igne candens videatur, quam soluatur: nam vehemens ignis viui argenti humidum consumit, quod facilem præbet fusionem, vt durius igne soluatur, & sic omnia possumus corpora mollia indurare, vt igniantur, sed manifestius in stanno, quam in aliis metallis id experitur. Si vis autem

*Stanno sordiditatem adimere:*

Quia

Quia per se molle, est surdum : cedit enim percussioni, metallis vero reliquis associatum fit magis durum, & sonorum. sed hoc opus, hic labor erit: consortium enim perucax omnium respuit, nisi plumbi, & omne reddit fragile. Sed tali perficies artificio: Forti aqua solutum fatiscat, sic argentum ritè purgatum plumbo, aliudve vnà misceatur aquæ, & leui igne vas inferuescat, & vi redundantis caloris in vaporem soluta ad summa elata deuolet aqua, reficcãtam extrahito, & in aliud transferatur vas, forti denuò infusa tantisper aqua, donec coniuncta, ac per minima complexata videantur: vel vtrunque in aquam ex calce redigatur, & permisceatur: spirituũ enim (vt aiunt) corporumque fit mixtio. Si contingat ipsius lucem hebetari, igne liquatum cyclamino demergatur: sic dulce, sonorum, fulgens, & optimum quod vocant, habebis album. Commisceri quoque poterit argento & aliis stannum per viuum argentum, quod aliquos sensisse video, & optimum parant pleudargyron. In liquatum cum viuo argento stannum immiscet argentum, & diutius igne detinent, detrahunt, & sic fragile in figulariæ cretæ pilam inuoluunt, & per diem sub igne detinent, vel calidis cineribus. Facile quoque

*Stannum in plumbum vertere*

Quisque poterit, si sapius in calcem reducet, & præcipue, si conuenientem in reductione illi adhibuerit ignem: stridorem enim amittens, facile in plumbum vertitur.

De



De auro &amp; argento, eorumq; medicinis primi ordinis.

## C A P. I X.

**N**EMO est, qui auro iis operetur, cum nobilissimum sit metallum, sed omnibus illud imitari conantur, cum raro quoque antiquitus misceretur. Vnde si de eo medicinas aliquas apponerem, non nisi dicta repeterem: argento tamen sic illud imitari conabimur. Et

*Argentum in aurum tingere*

dabitur sic facultas: Lixiuum primò tale parabis acre: Calx immittatur in ollam, cuius fundū exbris foraminibus sit solurum, tenuibusq; peruium supra linum, vel tegulam accommodabis: inde puluerem, & aquam paulatim infunde calidam, ac per arcta fundi foramina in subiectā fideliam mundam defluat, ac iterabis, vs acerrimum fiat: in hoc tritum immittas stibium, vt in tenues auras euolare possit, otioso igne ebullire sinas: nam vbi inferbuerit, purpurascet aqua, tunc per lineam laciniam, in purum vas exprimito, in residentes pulueres denuò lixiuum immittas, & in prunas sufferuefacias tantisper, donec non amplius cruentata videatur aqua, coloratum lixiuum conferuefacito subiectis ignibus, donec euanuerit aqua, residentem verò resiceatū puluerem, cum tartari oleo desiccato, & dissoluito, & ex auri, & argenti ponderibus æquis, lamellis fictili fusorio vase vicissim inspargito, carbonibus cælato tantisper, & opus inuouato, donec perfecti coloris prærogatiua aurum æmulari videbitur. **AER** & combusto, sic  
**aurum**

aurum colorem effinges: si ex calcantho, salnitro, alumine, cinnabari, & æruginè fortem facies aquam, ac solutū fatiscat in ea combustū æs, in corpus reducēdo, aurei coloris multum retinebit. Fit quoque cyano sæpius argentum inspargendo, & ignibus committendo.

*De vino argento, & eius medicinis primi ordinis.*

C A P. X.

I A M Hydrargyri operationes aggredi non in-  
tempestiuū videtur, & illius congelationes mini-  
mas, quod incongelabile putaueram, veras autem  
posterius: nunc, quæ aliquibus factitari non inuti-  
liter solent, cupientibus aperiemus, & primò

*Argentiviui congelatio cum odore*

metallorum, & præcipuè plumbi, & nunc eo ef-  
ficere libet: purgetur plumbum, & à scoriis sepa-  
retur, liquasum in foueam proficito, vbi iam fri-  
gescere incipiet, ligni præfixa cuspidè, & detracta,  
fluidum immitto argentum, & congelatur, pi-  
la tundito, & multoties reiterabis, vbi durum iam  
habet, sæpius colliquato, & in claram aquam im-  
merso, tamdiu opus iterabis, donec durum, &  
sub malleo ductile habes, nec tamen inutile fore  
censeas. Fit & alia

*Argentiviui congelatio cum casside ferrea,*

vel patina, proficendo cum eo aquam, qua fabri  
ignitum extingunt ferrum, ac illo duplum im-  
mittatur ammoniaci salis, calcanthi, & æruginis:  
vehementiq̃ igne finas ebullire, ferrea semper  
spatula versando, & si absumitur bullitione aqua,  
cali-

calida paretur alia, & proiciatur, ne sine ebullire: sic diei quadrante congelatum habes, inde linteo fisco, vel corio strictè manibus congelatū exugito, vt exudet quantumcunq; habet, expressum deuo congeletur, dū omne perficiatur, sic in prelotum fictile dimittatur cum fontana aqua, detraētis, quæ pessum ierant, sordibus, in eandem fideliam misceito, & confundito, donec lotum, & clarum habeas, sub dio tribus noctibus apponito, & in testæ duritiem crassescit. Illud autem:

*Argentum vivum congelatum in aurum tingere*

si vis, & pulcrè; In fractis particulatim partibus, cum Cadmiæ terræ pulueribus alternis fulorium vas, & testaceum compleas, quibus mixtura mediet, è scidijs, & passis vuis, & cyperi radice Indica illa, quam officinæ curcumam dicunt, contusis, & inuolutis: expletum vas luto circumlinias, & Soli exiccabis, vel igni, vt Solis vicem pascet, sic igni appones, vt serueat horis sex, & incandescat inde vi folium profleret, & maxime vexetur, vt fluxum faciat, & vbi fluxerit, frigescat carbonibus rumulatum, sic aurum coloratum, & splendidissimum reperies. Et aliter

*Argentum vivum cum Aëre pilis*

fixum reddere possumus, & congelare: Aërea duo hemisphæria fabricemus, vt se inuicem penetrent, ne expirare possint; Intus vivum argentum cum crystallini arsenici æquali portione, & tartari ritè contusorum, & cribro sudcretorum immittantur, luto foras commissuræ perliantur, ne respirent, sic resiccescant, & carbonibus exaggerabis, & ob-  
rues

rues quarta diei parte, postremo incandescat totum, inde extrahes, & aperias, & totum ænei vasis cōcauo coalitum inhaerescere videbis, malleo percussum decider, liquato, & proiicito, & optimum dabit argenti colorem, difficileq; ab eo secernitur, Si æri immiscere placet, cum eliquato æris triplo immisceas, & sine argento optimum ostendet album, dulce, & malleabile. Vel ALITER: Fictili ollæ æneum operculum imponatur, ac accēso igne mirè viuum argentum in operculo congestum reperies, & mirabilius congelabitur: alij è ferro, chalybe, argento, ac denique auro conficiunt, diuersisque vtuntur modis, in aliquibus vtile fuerit scisse, nec meminisse obfuerit. Fit &

*Argenti viui congelatio cum oleo*

alia, & sic factitatum à multis reperio, retinet tamen aliquid, & ingeniosa est valde: Ex argēto, rubro arsenico, & aurichalco vas efformetur in Scyphi speciem, quod ritè operculum cooperiat, ne respitet, viuo argēto reple, & iuncturæ luto muniatur aliquo, ovi albumine, vel resina pini, vt fit, & in ollam suspendatur, lini oleo plenam, & naturalis dies medietate sinas ebullire, extrahe, & exemptum corio, vel stramine exprimito, & si quid incongelatum fuerit, opus iterato, & coagulari cogito. Si vas terræ coagularet, quantum ponderis amississe vides, ex aurichalco, & arsenico rependas, & pondere enim dignoscere non possumus, & vttere. Iam poscāt ordo fixationes aliquas apponere, cum semper coagulationibus subsequantur, que plus aliquando, minusve retinent partium. Vnde

Q

Argen

## Argenti vini congelati fixatio

hæc sic procedit, nec absque ratione: Testaceum vas, quod igni resistat, parato, cuius fundo sambuci radicem rasuram subternas, manibus calcando & accommodando, aliud deinde sternito pavimentum è crystalino vitro, pila rufa, & per incerniculum trajecto, & subtilissimo: inde piperis, zinziberis, & cinnamomi aliud, malagma illud, vel congelatum argentum viuum imponas, inde vas reple pulueribus eisdem ordine præpostero, operculum imposito, ac luto munito, solique interdum credendum, vt ad candorem reducatur. Sic vas inuertas, & leuibus subiectis prunis supra primum incandescat per horam, inferius postea, & colliquetur, & purum reperies argentum, si quid remanet alienum, omne non congelatum euolat, & ex omnibus, quas videre contingit, & experiri, felicissima hæc successit, omnibus vti poteris, vel in corpus illud fixat, quo fuerit congelatum. Est & **A L I A** argenti viui fixatio, non vtilitate inferior, & vti poteris, si placuerit: Salnitrum, & tartarum eriturentur, & in pollinè redigantur: igni intus admoto, flammam erigens, comburitur, remanens in aquam vertatur, & leui flâma euolet humidum, & sal remanens cum chrysocollæ factitiæ cõbustæ (cõburitur enim vt alumen) triplo permisceatur, salis alchali duplo, hoc congelatum in uolue vase duro, ignis supra admoueat, inde circum, tandem inferius senis quibusve horis, & partes retinet congelati aliquas.

## CAP. XI.

DICAMVS nunc mediij ordinis medicinas, illæ enim nobis dicuntur, quæ super diminuta aliqua proiectæ corpora, alterant sic corpus, vt parum ab omni absint cõplemento, minimisq; diuersificantur differentiis, nec vltimis expositæ obstant examinibus, sic primi ordinis medicinas superâtes, vt à maioris ordinis medicinis superantur, parumque deficit, vt ad eas transeant. Sed quia difficillimæ sunt, & difficulter reperiuntur, nos pauculas probauimus, & apposuimus. Et primò

*Argentum in aurum tingere*

docetur, & tinctura tam completa, vt verè credatur aurum: Ex argenti climata scobe, cum argenti viui triplo igni malagma confice, ac vitreo in vase carbonibus inferuecat, dum illud argenti viui euolet, quo argentum superatur, inde sal ammoniacis, & vinum sulphur æquali argenti pondere triturentur, ac vitreo in vase aliquo duas horas flagrantibus prunis immoretur, dum eius vis salem ammoniacum, sulphur, inde viuum argentum sublimet, & vasis collo inhæreat, vas frange, & argentum aureo colore insignitum, suiq; ponderis, vel maioris seruato, talemque illico parato aquam: Romanum calcanthum, cum duplo rubei cyprij calcanthi stillatitij, quod vocant cooperosam, & optima sit, nam hinc omne dependet: sic salnitri triplo, æruginis parte tertia, ac cinnabaris sexta, & vitreis organis aquam stillarim ex-

Q 8

sugito,

fugito, cuius partes duas cum fortuito argento per naturalem diem lenio igne bulliant, inde aucto distillationis igne, aqua omnis euaporet, & quod in fundo remanet, cum chrysolollæ calce testaceo in vase fusorio accommodetur, ore aperto, & luto obstructo colliquationis ignem adhibeto, & habebis: lutescit enim argentum, maxime colore nunquam cariturum, vel tunc permutaturum, vt examinibus omnibus auri expositum, coloris parum, vel nihil amittat. Sic ALITER colorem auri emulabitur perfecte, & pechiosè. Meminisse iam debes ex tribus confecti auri viti, id cum argenti medietate colliquatum, perfectum auri dabit colorem, vt videri possit. Si autem commisces, meliorem dabit, vt aliquorum patiatur examen. ALITER quoque fit optime: Si argenti vni congelationem, quam cum casside diximus, tertiae argenti parti remiscebis, argentum aureo colore insignitum reperies, cum æquali auri portione colliquabis, in ollam impones, & per acre acetum fundas, ac per diei quadrantem ebullire sinas, & colorem augebitur magis, hoc autem extremo impones auri examini, ex communi scilicet sale, & laterum pulvere, addito tamen calcantho, aurumque sic purgatum accipies, & examinibus obstat omnibus, ac non solum in secundum, sed in tertium migrat ordinem.

*De medicinis tertij ordinis.*

C A P. XII.

**I**AM tertij ordinis medicinas aggredi oportu-

num

num fuerit: siquidem icio multū animos ab huiusmodi sectione detinuisse, cum a libri initio nil aliud concupierint, sic pecuniæ luxus irrepit. Nūc profundiora naturæ mysteria pāduntur, apud eos tamen, qui nummos exoptant, si ferè aliquis est, qui eos non deperat. Et si alias ab antiquis tertij ordinis medicinas tradidimus, cum nobis non sit eorum copia, in aliud tempus fortasse differre cēsumus. Multi sunt, qui multa periclitauere experimenta: quorum ea, quæ lucrosiora & expeditiora sunt, trademus. Et ex iis primò

*Cinnabaium fixum reddere,*

qui id facere quæsierit, ita faciendum esse censeo: Cinnabaris contractæ partes ad magnitudinem iuglandium vitreo in vase capacitatis eiusdem argenti pondere iam triplicato, vel maiori disseminatas condito, & vicissim insparatas, luto munias, & resicari finito: sin minus in solem, vt repetas oportebit: inde cineribus immersum tandiu lenio igne decoquas, quousque infractum plumbeo colore siuescit: quod si nec quidem, iugem operam impendas, dum ad id peruenerit: inde plumbi duplo eluas, ac elotum examinibus omnibus expositum, pertinacius obstabit, maioris ponderis & virtutis: & quo leuiori vtēris igne, tanto feliciter res peragetur. Si c vero animatur argentum, & amissum refatcietur: Sublimato viuo argento ex aceto distillato bulliat, inde viuum argentum remiscebis, & vitreo recuruo vase viuum argentum in ignem inferuefacto deuolet, & in receptaculum dilabatur, & seruetur: ponderis (si lapis) parum amissum.



misisse comperies. **ALITER** sic, & citius, & fur-  
 crosius facies: Infractas cinnabaris partes ad tess-  
 farum magnitudinem in oblongum linteum sac-  
 culum accommodabis, ollæ lateribus vndique di-  
 stantem, inde lixiuum peracerrimum fundas ex  
 alumine, tartari duplo, viuz calcis quadruplo, &  
 cineris roboris æquali portione confectum, vti fio-  
 ri solet, vel ratione aliqua parandum: per diem e-  
 bullire sinas, exime, & ebulliat cum oleo, rurem  
 operam impendas, & integram cum nocte diem  
 finito quoque illic esse, & exemptas ex oleo cin-  
 nabaris partes, oui albumine subacto perlinito, ac  
 in tertia parte climatæ argenti scobis reuoluto, in  
 fundo apti vasis substernito, ritè figuraria creta  
 munitum, vt diximus, ignè adhibe diebus tribus,  
 vt tam postremo augetur, vt igni cedat, & ferè li-  
 quescat, detrahe, & ex fæcibus extremo argenti e-  
 xamine perluito, & ad verum, & naturale deduci-  
 to. Sic & **ALITER** fixum reddere possumus: Si  
 testaceo in vase rotundo vndique clauso, vbi exili  
 spiramento cinnabarim immiseris, glutino ex o-  
 ui albore parato illinas, ne vis ignis carbunculet,  
 igni accommodato, paullatim vigorando, vel li-  
 gnorum serratura, quousque eundem contraxisse  
 colorem cernes: ne festines, opus enim omne cor-  
 rumpit, & sæpè à philosophis præceptum nosces:  
 Sed hoc ministerium quærit manus. Nec aliter in-  
 utiliter fixū redditur, vsto ære in sparso fictili in ob-  
 la, prius tamen calcantio disseminato, & calcè  
 expleta pertinaci muniatur luto, & triduo vitra-  
 tionū formaci relinquatur, detrahe, & argentum ex-  
 rti-

retinebit, si rectè hæc animaduertès, non parum nanciscèris lucri: omnibus enim antestat, qui tali parantur arte, facultate, & fructu: nec pauca dixisse pœniteat. Id autem ingeniosorū reperit diligentia, vnius pharmacopœe exēplo, qui cūm cinnabarin conficere quæreret, in argentum casu optimè versum inuenit. Vtilius fixum redditur, si cinnabaris arte conficitur, sulphure non tam adustibili, ac maiori parte. E R I T quoque voluptuosum, si cui placuerit, è fixo cinnabari argenteam barbam elicere: Si vase eodem accōmodabis, igne solūm inferius lentè admoto, argentum adhuc spirituosum, nec plumbum expertum, vti silua erectum cernes capillamentum, vt nil fuerit visu iucundius. Quæritur & apud chymistas, non cinnabarin solūm fixum reddere, sed

*Aurum ex argento extrahere:*

nec tam parum, quin sumptibus reficiens, multum non superlucreris. hæc est eius conficiendī norma: Tenuis climata ferri scobs in fusorium vas & durum igni tandiu incandescat, dum soluatur: inde factitiam chrysocollam, qua auri ferrumini vtantur aurifices, & rubeum arsenicum paulatim inspargito, & postquam insparseris, æquali argenti pondere iniectō, exquisitè purgetur, vase è cineribus parato & forti, iam exclusis sordibus omnibus auri in separationis aquam immergito, & aurum deorsum vasis fundo procumbit, colliges, nec veridicum magis è multis, & peculiōsum & laboriosum reperimus, laboribus ne parcito, & ritè ministrato, ne tempus & oleum teras.

REMOVEATUR suo loco ingentis corporis Python, faciei horridæ, rutilis cristulis, maximoq; veneno minax, latiori aculeorû aceruo stipatus: ex omnibus acrior, quæ mater tellus producit, multumq; loci cõducit situs: vt hinc omne dependeat. Hic tabidi vi æris, vipera virulētior, eminus duros infigit ictus: cum inimicum absorbuerit, cæco demergatur antro, vbi primum obrutuerit, ne surgentis vi vaporis, strangulantemq; halitum eructans, astantes interimat. vnde conducit, vestis caput obuelent, si fuerit quoque tutum, sed tutius erit si militates relinquuntur: sic Phœbus suis paullatim confodiens sagittis, ingentē sternat Pythona, & sic in fine percuriet, vt exhausta sit pharetra, venenumq; effusum, nec cæli desit clementia, sed longa imbrum procella sæuientem compescat, humoremq; cupitum ipse hauriat, multaq; humiditate intereuntem detineat: sic Phœbi Pythonisq; per diei quadrātem immoretur bellum, vel plusculū, quod nihil referre arbitror, dummodo victoriam referat: sic populatis visceribus, prostrato hoste, exhausto exinanitoque veneno, ira Phœbi cesset, & si amplius reuiuiscit, aditus vitam repullulandi resequetur, & tantum pugnet, dū pugnando occumbat: tunc Phœbus frondibus, & corollis caput redimitū, ferat insignis victoria: præmium, nec lasciuum puerum iniuriis lacessa, & sat fecisse, sciet. Neq; hoc tamen me glām est, perpaucos esse, quos æguus amabit Iupiter, eisq; pro-

propitiabitur: si ad clausum sensum eruendum pro-  
uehit inuestigatio, facilis tamen præ aliis, veris  
doctrinæ filiis patet: semel tantum in seriis lude-  
re placuit.

*Corallium in formulas digerere, & è multis fragmentis v-  
num efformare.*

## CAP. XIII.

SAEP E vsu venit, vt multa fingantur ex co-  
rallio gestamina, & nonnunquam ex assulis in plu-  
res formas digestum reddatur, vt vasa efformen-  
tur, ceteraq; concretitia, vt in testæ duritiem trās-  
cant, nec minimi cōsurgunt pretij, ideo ritè ratio-  
nem paradi exhibeamus, cum à multis huiusmodi  
compositiones flagitētur, si optimè curabis, à ma-  
rino parum differre scito: Optimi coralli, qui exi-  
miè rubent, ramenta, vel scidia pila tundantur, vel  
mola, incerniculo succreta, quæque non trans-  
meant, denuò in pilam repetantur, dum in tenuis-  
simum redigantur puluerem, vt ægrè tangantur,  
& in auras euolent, quàm diligentissimè valebis,  
& docebimus: vt autem omni abstergatur spurci-  
tia, feruenti in aqua sal alchali demergatur, vt li-  
quescat, & in humorem transeat, in amplum cra-  
tèra effusa aqua, vbi pulueres inieceris, diligenter  
manibus exagitētur, ac probè versentur: & vbi cō-  
sidere desierint, excolato, & priore effusa, alia su-  
perinfundatur, manuq; expansa denuò exagiten-  
tur, vsque dum sordes omnes abierint, inde copio-  
sa aqua perfusa simplici tractentur tandem, donec  
sal abeat totum, & aqua salislaginem nō respiciat:

-146

Q 5

tum

eum hoc cognoueris, aëno transferas rebus vnâ maximè tingentibus, vt prioniōres ad colorandum reddantur, quatis est emnabaris, sanguis draconis, miniū, hæmarites, bolus armenus, rubricæ, coccus baphica, sandalum, brasile, eritrodani radices, & iis similia, vel quæ huius vicem exhibeant, largè effuso limonum succo, quem prius parato, & purgato, vel penicillis, vel vitreis chymistarum organis, coquito simul, dum aliquid habuerint humoris, sæpè rudicula vel cochleari vertendo, vt permisceantur, in vitreum deinde transferto vas, cū reliquo succo, vt ipsius acrimonia soluat, lōgo collo, lato alueo, vt pmineat foramen in medio, quod ferè pertingat mixturam, rectè permiscendo, vas fimo condito, ac innouato, dū dissoluantur, quod huiusmodi argumento percipere licet, dū guttatim oleum rubicundissimum emergere conspicias in dies: vbi abundauerit vas inclinando oleū decaputatur, seruato, & mixturā manibus tractabilem & mollem accipe, manus autem munire primò lardo, vel adipe aliquo oportet, nam inhærescens pertinaciter, vix conuellitur. Tunc vas efformato, i-magines, aut ramosissimum effinge, primoque ruderatu deformatum calenti soli expone, caueto, ne puluere, ventoque infestentur, vel superficiem derurpent, vel phialis fimo condito, seruato semper oleo perungendo, puniceum enim illum colorem conciliat, ac paullatim lapidescens, in duritiem redit pristinam, & sonum, nitore induces expolendo, vel leuiter læuigando, sic faciliè peculiari, nativæque constitutioni restituemus.

*Margaritas itidem confractas in unam conglobare.*

## C A P . X V .

**N** E C minus in margaritis adhibenda est diligentia, si maximè omnibus, & præcipuè mulieribus expectantur, uti luxus, vel deliciarum irritamenta, & collo magnitudine insignes, & semuncialis lapillorum orbiculi, uti crotala gestentur, & adeò adulteratæ concinnam formam mentiuntur, ut tales Indicus non mittat oceanus, nec quæ in conchis nascuntur proximis. Ut institutum autem opus exequamur, primò ne labe aliqua vel sordibus deturpentur, sic exaluminatos reddes: In faculo, cum smiri, pumicis, sepiaë offis pulveribus iniiciantur, & ex aqua manibus tractentur, dum elotas & politas cognoveris, resiccato, & in pollinem redigito, uti diximus, & dissolvantur, vel limonum succo, vel huiusmodi vapore surgenti, pendentes è vitrei vasis collo per diem, vel forti aqua, non vulgari tractabiles fiant: melius ergo sub fumo condito, quinis semper diebus innouando, dum solutas noueris, & pingue quoddam, vel oleum per humoris superficiem enatare videbis, optimè excipiatur, vel ventris foramine, vel argenteo cochleari: inde remollitum puluerem manibus sumptabis, & tractando in orbis digere, vel uti pyra turbinata: si que tua non respondet ars, ex argento parato typos, vel alio metallo auratos, & si pertusas velis, porci fera, vel argentea acu perforentur, seruata semper pinguedine, perungendo è filo pendentes, tereri vase vitreo claudito, & Soli exhibeto pauculis diebus, ut assentur, ne latera contingant,

gant, vt à venti, puluëris, aliorumque iniurijs vindicemus, ne in nubilentur, & variis obnoxiùm maculis margaritum reddant, cum duritiem contraxisse vides, ex milij, vel hordei pinsita farina pistorio opere in panificio ducta, circumlita, & condita furno coqui finito, vel palumbis margaritas commanducandas præbeto, quibus purgata sint viscera, & ventriculum, vel ieiuni sint, vel iis alius sit subducta, vbi deglutierint, finito aliquantisper: tum è ventre trahito, vel filo suspensos, vel interficito: Vel lacte ficus ebulliant, & preciosum habebis margaritum. Si ALITER placuerit: Vbi succo, vel forti aqua sunt dissoluta, clara lauabis lympa, vel distillata, lotisq; manibus, ne tractando sordescant & palleant, sic lacteo fici succo, cochlearum aqua, feruenti balneo distillata, aut oui albore glutinabis, perforabis, & resiccare curabis, argentea lauando semper aqua, & cõmiscendo. A QVAM argenti sic parabis: Forti aqua solutum fatiscat purgatum argentum, leuibus prunis euolet aqua, tertium relinquendo, mox ab igne vas tractum dimittito, dein sub dio noctu relinques, donec glaciet, & argētum in crystallini lapilli speciem reperias, ritè abluës fontis aqua, vt lucidiores conspiciantur, quos vitreo condes vase, ac putri fimo soluere sinas, quo mergas factitios vrsiones, & immorari finito, & lucidos argenteo colore pellucenti reperies. EST artificium, quo maculae ab vnionibus abolentur, & inter multa facile, & præstantissimum reperi: Maio mense in lactucis rore accipias spatsum, quo vniones immergas

per

per diem, & perlucido, & fulgidum euadet margaritum, nec absque ratione inuentum reor: rore enim nascuntur. Nam certo anni tempore luxuriant conceptu sitiunt rorem, veluti maritum, cuius desiderio hiant, & cum maxime lunares liquantur aspergines, oscitatione quadam hauriunt humorem cupitum, sic concipiunt, grauidæque fiunt, ac de saginæ qualitate reddunt habitum vomitum, nam si purum fuerit, candicant lapilli, si turbidum, pallore languent & rubescunt. **ALII** sunt adulterias & decerptorias ementiæres sic: Piscium oculos emundatos acri aceto detinent, dum mollescant: eosque effingunt, ac durefcere sinunt, sed pallore languent. Sic candore, liuore, magnitudine, pleniori orbe, & pondere vniones insignes habebis.

*Crystallo, & vitri operationes, quibus in adulterandis gemis adhibentur.*

## CAP. XVI.

**I**AM ad pretiosorum lapidum compositiones est accedendum, de quibus prisca non parum laudatur ætas: nec fraus est (inquit Plinius) vitæ lucrosior. & sic æris desiderium luxuriæ facem excitauit, vt sæpe horum cæsores optimi haud fuerint tuti. Vitro, aliqui crystallo, alijque rebus parant, decenti quadam prerogatiua, vt naturales videantur. Nos, quibus imitari possint, recenseamus. Nunc aliqua præmittamus, quæ iis sunt necessaria, & primo

*Crystallo, vt fusilis fiat,*

doce-



docebimus: nec parum aliquibus impedimentum erit liquefactionis mora, nec illud efformare poterimus, quod cordi fuerit: sic tamen id aggredieris: Crystallum terito, & incerniculo in tenuissimum pulverem subcernito, cum tartari salis medietate ex aqua orbiculos effingas, & crudo fictili validissimo fornacis igne tota candeat nocte, nec liquefat, apto deinde vase colliquetur, sed omnibus longè sordibus: si enim fœtulentus fortasse fuerit, arguitur, & dolus detegitur: sed inoffensa interniteat perspicuitate, quòd si salis plusculum suggeratur, celerius liquefit. Sal iam patuit. Assolent multi crystallum præparare **ALITER**, ut facilius liqueatur sic, & operi aptior est: Ferreum cochleare capiunt magnum, luto mudiunt, & infractas crystalli partes igni committunt, dum illæ incandescat, inde tartari oleo restinguunt, id multoties innouant, & æreo mortario terunt, ut facilius pulvis colliquetur. Fit etiamnum pro adulterandis gemmis

*Vitrum fistitium;*

& illud ex omni albumine parant, quod alij ex arena sturiorum quorundam, & herbarum cineribus conficiunt, sic efficies: Multa ouorum albumina simul exagitabis, iis vesicam impleas, inde in ollam aquæ plenam feruentis immittas, ac diu coqui sinas, detrahe, & per multos dies resiccare curabis, loco tamen non puluerulento, nam nõ relucens vituperatur, & sic lapidescet, ut in vitri durticiam transeat. Si autem coloratum reddere quis fueris, coloratis aquis ebullire sinas, si topazion, aqua

qua eroto in ea dissoluto, si pyropum, brasilis rasura: sic alios tingito. At si vitri pondus, vel gemmae non explent, ponderosos immisceto colores, uti cinnabarium, argenti viui vbertate non leuem, sic vitri pondus imitabimur, non tamen duritie tam robustissima, ut sculpturis pertinaciter resistat, nec radi abnuat lima.

*Quomodo diuersis modis gemmae adulterentur.*

C A P. X V I I.

**A N T E** quam sua cuique assignetur gemmarum compositio, quaedam eorum placuit apponere experimenta, ut hinc quisque assequi liceat, quidquid ad eas fucandas, & adulterandas attinet: ex vnoquoque enim horum alia componendi datur methodus, ut vnius exemplo in omnibus utantur, & periculum naturae sumant. Quarum prima se offert

*Hyacinthina,*

nec à vero multum aberrabit, & huiusmodi semper meminisse oportebit: Fictili olla & dura, plumbum immittatur, ac vitrariorum fornacis igne accommodetur, immoreturque per mensem, & dimidium, sic vitrum & hyacinthinum colorem imitabitur naturalem, multumque gloriaberis, nec factitia dignoscitur, locoque inter has habetur princeps. Si autem

*Carbunculus,*

vel, quem vocant, rubinum, placuerit, sic mentieris ludi gratia: friabiles enim sunt, multumque cedunt, & in particulas dissiliunt: Tritum auripigmen-

86  
fole  
pra  
tur.  
fio  
Are  
era  
inte.  
viti  
tur,  
in n  
succ  
à cet  
cerat  
nues  
& in  
hum.  
redu  
vert  
cime  
vert  
cōbu  
tate  
pote  
& a  
tra  
na  
dis  
& n  
vte  
vte

[The right side of the page contains several columns of text that are extremely faint and illegible due to the quality of the scan. The text appears to be organized into columns, possibly representing a list or a table, but the individual characters and words cannot be discerned.]

m subolent: varioque  
gemmate color. At si

intem vertere:  
lutioris coloris, vt ferè  
olimata scobe, fusorio  
no igne vbi exandue-  
ifere ne parcas, ne plus  
at, vbi perfectum rece-  
ite multum fuerit mu-  
transferto. Albus au-

si cordi fuerit, imita-  
Conchas terito mul-  
ieres facies fucant, &  
, & limonum purgato  
em fimo obruito, & lo-  
rphyrite teres, & quam  
reficcari curato, cam-  
eris, vti libuerit.

*iones aliquæ.*

V I I I.

ositiones aliquas appo-  
is factitantur, si earum  
unc primò quomodo

imum parabis crystal-  
ynaci per noctem indi-  
R tur,

gumentum in rotundam immittes phialam, & igni accommodato, eiusque vasis collo reperies optimos, & colore flagrantissimos, multumque suffunduntur cocci rubore, rutilos emittentes ex sese radios. Sic verò

*Succinum*

imitaberis, si mastichen in olla liquidam per colum trajeceris, vt sordibus expurgetur, & lucidior interniteat, parum deinde radicis curcumæ dictæ, cum ea remisceto, & imagines efformato. Sic si in crySTALLUM liquefactum tartarum vini albi crudum immittitur, & in vas ore circumlito, per naturalem diem igni detineatur. Sic quoque fiunt omnes

*Gemma fœlitia,*

primò crySTALLUM, berillos, vel lapides alios ignobiliores rotis læuigant, lateribus æqualiter quadris, vel quam quærunt inducunt formam, inde tincturam parant, smaragdum ærugine, carbunculum cinnabari & brassile, laphyrum cyano, chrysolitum auro intermixto auripigmento: ne tamen perspicuitatem arceant, iis mastiches lachrymam, vel gummi tingunt, & gemmam hinc inde diuisam lento igni super laminam accommodant, talique inficiunt, & ceu glutinum quoddam vnit, & sic tenaciter adcoerentur, vt dimoueri non possint: quòd si meracius rubet, aquam, si dilucius colorem addunt, & ad decorem proficit, subtus autem bractearum quadrulas accommodant, eunisque anulo insignita est, in orarum extremis coloris tinctura non deprehenditur, quo omnes ar-

gum-

quantur, nec aliquibus fucum subolent: varioque huius colore mirè variatur gemmæ color. At si placeat:

*Saphyrum in adamantem vertere:*

saphyrum cum inuenito dilutioris coloris, vt ferè albedinem retineat; in ferri elimata scobe, fusorio in vase obruito, ac validissimo igne vbi excauduerit, ne tamen colliquetur, visere ne parcas, ne plus quàm deceat, igni detineatur, vbi perfectum recepisse colorem, ac de adamante multum fuerit mutatus, detrahe, & in vsu transferto. Albus autem

*Sardonix,*

quem alij Cameum vocant, si cordi fuerit, imitarique eum vis, cape modum: Conchas terito multas, paruas illas quibus mulieres facies fucant, & expoliunt ornamenti causa, & limonum purgato succo, impones, ac dies decem fimo obruito, & lotam mixturâ oui albore porphyrite teres, & quamvis imaginem effingito, & ressecari curato, eam quoque anulo insignire poteris, vti libuerit.

*Gemmarum compositiones aliquæ.*

C A P. X V I I I.

**GEMMARVM** compositiones aliquas apponemus, quales plerisque locis factitantur, si earum aliquando egens fueris. Nunc primò quomodo fingatur

*Adamas,*

docere lubet: primùm optimum parabis crystallum, ac olla vitrariorum fornaci per noctem indi-

R

tur,

tur, in aquam restingue, tum minutissime commolito, & terito, & cum tartari sale remisceto, & ex aqua pilulas digerito, per noctem feruentissimo immorentur igni candentes, ne tamen colliquentur, inde detrahe, & in aliud contumacius igni vas dimittantur, binisq; immorentur diebus, & optimum habebis. Nec minus

*Smaragdus*

effingitur, si tali cum parabis opere: Aes optimum fornaci tres dies comburitur, detrahe, & pila contundatur, & succernitur, vase alio iterum fornaci imponitur: igni verò imbecilliori, per quatuor immoretur dies cum duplo arenæ, ex qua vitrum conficitur, duro vase remissiori igni detineatur per diei medietatem, & crassius virentem reperies, visu iucundissimum, vt suauitate oculos alliciat. Fiat nec dissimili industria

*Saphyrus*

facilisque talis est tinctura: Si vitri puluis cum cærulea terra illa, quam figuli zapharum vocant, portionis semisse mixtus, fornaci inditur, & triduo requiescere pateris vase forti, perficitur. At carbūculi speciem, quæ Græcis

*Pyropus*

nobis Rubinus dicitur, & magis fusci, quæ granatæ dicuntur, sic efficimus, & vt purpuream emicet alacritatem, aut meraciore suffunditur cocceo rubore per omnem intinam sui partem, & si puram feceris, inoffensam admittit perspicuitatem: Crytallum inferiorio in vase forti, ad colliquefaciendum fornaci imponimus, cui minij parum addimus, & per

& per diem immorari sinimus, postera die detrahe, & refrigerari finito, tunc pila tundatur, & cribro excutiatur, quibus quàm minimum in calcem redacti æri addimus, igni iterum imponimus, & in colliquatam huius pulveris parum addimus. Igni fufum stannū triduo detineatur, & croceum, quod pessum ierit, ne amplius eluies illa innatet, remisceto, & per naturalem diem ferro versato, & nunquam cessa, quin verses, quousque refrixerit, sic languidius, & liuidius omnes rutilabunt, vti libuerit. Ipse tamen

*Topazion*

si vis componere: Arenam sumito, quam diximus, & cum sui quadruplo cōbustum immisceas stannum, & testaceo duro vase lento fornacium igni adhibe, & per diem igni detineatur indefinenter, valde enim arena fusibilis est. At

*Chrysolithus*

sic fiet: In colliquatam crySTALLUM sexcuplum ferri stercoris, vel recrementi permisceas, & pertinacior igni vas triduo crucietur. Sic quoque

*Prasium*

mentitur: CrySTALLUS colliquetur, cui duodecima immisceatur ferri, & æris in calcē bis redacti pars, per artificialē diem igni ferrea rudicula permisceto sine intermissione, & smaragdo eueniet similis, si dilutioris peroptas coloris, sextum immisceas plumbi calcis & stanni: post versato, & igni per naturalem diem relinquito, mox ab igne amotum vas, vbi refrixerit, prasium dabit. Sic

*Calcedonius*

R 2

euc



eueniet: Cùm igni ad colliquefaciendum crystal-  
lum immittes, argenti calcis parum remisceto, per  
diem fornaci immorari finito, sic pars internite-  
bit, pars autem innubilabitur, & hebes erit. Lapis  
autem

*Cyanus*

si effingi velit: In liquefactum crystallum terræ  
illius pusillum immittas, quam in Saphyro dixi-  
mus, ritè ferrea rudicula permiscendo, dum com-  
bibat, & per diem relinquatur, paria deinde argen-  
ti calcis pondera remisceto, per consimile tempus  
igni detinendo. Si vis lapidē, quem vocant vulgò

*Smaltum,*

& album, sic fiat: Plumbi cinis cū crystallini pul-  
ueris duplo permisceatur, in pilulas conglobato, &  
per noctem lento imponas igni, præcaue tamen,  
ne res inhæreat vasi, ferrea spatha permisceto, &  
colliquationis ignem auge, & fiet: Si hinc inter-  
niteat, hinc vero albescat vis, è dicta terra cum vi-  
tri duplo, ex aqua globulos effingito, ac per noctē  
reciprocationis igni apto vase liquetur, rude ali-  
quando ferrea permiscendo, sic translucidę partes,  
& hebetes paruo eius orbiculo deprehenduntur.  
Si vis autem viride, quo solent parietes incrusta-  
ri: vbi album effeceris, cum terræ cæruleæ illius  
pusillo misceas, & colliquetur, rude ferrea versato  
per noctem, & fiet. Horum exemplo reliquos tuo  
marte effingere poteris, vt si iaspidē, antiqui late-  
ris puluere, si lacteo colore, calce, & gypso. Omnes  
hæ tamen gemmæ si languidius micant, vel nube  
aliqua circumfunduntur, angulis atterantur pluri-  
bus,

bus, ut nubilis color angulorum repercussu exci-  
tetur, & ad nitelam incendant pinguiorem. Hæc  
de chymicis, & de adulteratione gemmarum visa  
sunt: iuperest de speculis, & de gemmarum inscal-  
pturis, quod proximo libro faciendum erit.

## FINIS TERTII LIBRI.

IOANNIS BAPTISTAE  
PORTAE NEAPOLITANI  
MAGIAE NATURALIS  
LIBER IIII.

## PROOEMIUM.



**V**NIVERSVM tunc hoc negotium me  
absolvissè reor, quum experimenta Catoptrica  
quædam, quæ supersunt, enarravero. Satis, e-  
nim, ut censeo, attingimus Chymica, ut eorum  
aliqua radicibus innotescere possint principia,  
nunc ea docere satis præsens exigebat locus. Est enim quadam  
Geometria pars, quæ *ὀπίσθη*, id est perspectiva appellatur, ad  
oculos pertinens: multa enim huiusmodi demiranda facit expe-  
rimentâ, ut imaginem nunc extra porrigit, nunc nihil imagi-  
net, nunc aliorum translata imagines faciat: Item quoque re-  
ctius speculum inspectando pedes sursum, caput deorsum viden-  
tur & cetera: uti latius in sequentibus perspicuntur: id tamen  
scitò, quòd si diuersitatem aliquam ès effectutus, à plano rece-  
das: & semper à vero diuersum spectabis. Reddere tamen eorum  
causas, alienum puto, cum disciplina ea assatim satisfaciât.

multiq; eas reddiderint: quas qui praoptarit, consulat Archimede-  
dem Syracusanum, Euclidis Opticam, & Catoptricam, Ptole-  
maeum, Vitellionem, & reliquos, quorum multa desumemus,  
multaq; denuo excogitata adijciemus, ut hinc quisque possit in  
infinitum ea propagare: ut in omnibus euenit experientijs. Po-  
stremo, quomodo ipsa formentur specula, ac poliantur, uti com-  
mode à nobis fieri poterit, pertractabimus. Post autem speculares  
apparitiones, ne quid omisisse videatur, vel aliquid nostris hi-  
storijis desiderari possit, de physicis ligaturis vel colli suspensioni-  
bus, de gemmis, deq; figuris eis insculpendis, & earum virtu-  
tibus exponemus: ne autem legentium animos nimia sermonis  
prolixitate diutius immoremur, consultius fuerit ad eorum ope-  
rationes accedere.

Quomodo interdium astra contueri liceat.

CAP. I.



**M** N I B V S iam est planū, exiguum  
lumen potiori, viuidiorique pro-  
pinquum euanescere. Si facem vel  
flammam aliquam fuculento ap-  
posueris soli, dissipatur lumen, &  
marcescit, delitescunt interdium stellæ solis fulgore  
nimio, cum æquè diu noctuque splendeant: eas  
igitur intuituri remedio non fuerint destituti. Die  
magno solis defectu, cum lumine orbat, & pro-  
funda tegitur caligine terra, nec oculi offenduntur  
luce, sideribus cælum disseminatum conspicitur:  
quod suis accidisse temporibus Thucydides me-  
morizæ mandauit, nostroque sæpe patuit æuo, nec  
oculi

oculi solum vehemēti caligant luce, sed offenduntur, vti de Xenophontis militibus legitur, & de Dionysio Siciliae tyranno, qui splendidissima luce, carceribus tetrīs obductos occæcabat: cum enim oculorum acies obsistere soli nequeat, nec ferat, hebetatur illico, quiq̄ue fuerint aliqua conspiciendi, ad cilia manus obtendunt, vel propugnaculum aliud. Hinc auspicamur: qui ea conspiciere affectabit, vti è Galeno & Philopono docetur: in præaltum descendat puteum, vel huiusmodi simile, vt per tenebras multumq̄ue interuallum cælum contueatur serenum, vtique nec obiectum nebulis, inconniuentibus oculis, & sine nictatione clara intueatur astra & lucentia. Plurimæ enim ibi tenebræ (noctis instar) visum congregant, nec à lumine superfuso dissipari sinunt. non id tamen periclitaberis Sole meridianum occupante: magno enim impedieris lumine: & si profundius descendes, clariùs conspicias, & celeriùs: sin minus, obscuriùs & tardiùs. Sic profundo cæcoq̄ue aliquis demersus antro, in sole candelam ardescere conspiciet, quod tamen splendidissimæ lucis occurſu repentino non euenit: quia à maiori Solis vetatur lumine. Sic quàm plurimos haud minimæ auctoritatis viros hallucinatos reperi, vti sæpe legisse & audiuisse memini, si diu astra conspiciari nequeunt, tali ea contemplari aggrediuntur artificio: Speculo aquæ immerso, in meridie cælo stellas se contueri fixas credunt, ostenduntq̄ue. Perpendiculares enim Solis radij in aquæ superficiem incidentes, speculum obliquè feriunt, & ex eius-

met superfiçie, ad spectantis oculos bene locatos intorquentur, Soliçue repræsentant figuram: ac radij obliquè aquam percutientes, inde refracti speculum & visum feriunt, videbitur eiusdem figure & minor, propter densioris mediij refractionem, astrumçue videre putabis. Solis corpus insequens, quod patet in Opticis. Ideò Stilbon illud putant multi, cum parum à Solis corpore recedat, æumçue semper consequi conspiciunt: Canicula aliqui sidus, & æstivis ideò diebus visere properant: quòd si minus demonstracioni fidem adhibes, sed experientiæ sensuiçue magis credis: verum illius in æquinoctiali requirito interuallù, nec eandem semper reperies distantiam, vt nunc remotiora; nunc verò propinquiora sidera videantur: quod speculo eandè semper distantiam monstrat, si æque apposueris: nõ tamen inficior tali ope non modo Orientem, Occidentem et solem, sed Meridianum occupantem liberius nos posse contueri, præterea luminariù defectus: cum enim oculi imbecilli, cominus solem conspiciere non sustineant, nimio lucis splendore, sic clara luce; robore nullo, ac disci cernes similitudine, nec minus nigro panno, vel papyro, paruo foramine peruiso.

*Quomodo in tenebris ea conspicias, quæ foris à sole illustrantur, & cum suis coloribus.*

C A P. I I.

**S**i quis id videre affectarit, fenestras omnes claudat oportet, proderitç; si spiramenta quoque obturentur, ne lumen aliquod introirumpens, o-

mac

anne destruat: vnam tantum terebrato: ac foramen rotundæ pyramidis formam habeat. cuius basis solem, conus verò cubiculum aspiciat, è regione parietes albos, vel linteis, & papyro tectos oppones. Sic à Sole illustrata omnia, & deambulantes per plateas (vtri antipodes) spectabis, quæq; dextra, sinistra, commutataque omnia videbuntur, & quò longius à foramine distabunt, tantò maiorem sibi adiscunt formam, & si papyrus, vel tabulã appropinquabis, ea visuntur minora. Aliquantisper tamen immorando, non enim illico simulacra apparebunt. Quia simile validum maximam cum sensu nonnunquam efficit sensationem, talemque inuehit affectionem, vt non solum cum sensus agunt, sensoris insint, eaque lacesant, sed etiã cum ex operibus discessere, diutius immorentur: quod liquidè potest perspici: nam per solem deambulantes, si ad tenebras conuertimur, comitatur nos affectio ea, vt nil vel ægerrimè cernamus, cum adhuc in oculis seruetur affectio ipsa à lumine facta, inde paulatim euanescente, clarè in tenebris aspicimus. Nunc autem enunciabo, quòd adhuc semper tacui, & tacendum putavi. vti

*Omnia cum suis coloribus*

videre si queritur. E regione speculum apponitq, non quòd disgregando dissipet, sed colligendo vniat, tam accedendo remouendoque. quousque ad suam verã imaginis quantitatem cognoueris, debita centri appropinquatione, & si attentius perpendèris inspector, vultus, gestus, motus, hominumque cognosces vestes, calum nubibus disper-

sum, cyaneo colore, & volâtes volucres: quòd si ad verum perueneris, non parum lætaberis, mirumq; cognosces, obuersa omnia, quia centro speculi vicina sunt: si enim extra centrum elongabis, maiora erecta, uti sunt, conspicias. Ut clarius appareat, feriat sol vultus: sin minus, speculum dirigendo solis reflexione iaculetur, ut insigni fulgore illustretur, debita tamen distantia, tamdiu situm variando, dum verum te affectum esse cognosces. Hinc philosophis & medicis patet, quò fiat in oculis visus loco, ac intromittendi dirimitur quæstio sic agitata, nec alio præstantius vtrunque artificio demonstrari poterat: intromittitur enim idolum per pupillam fenestræ instar, vicemque obtinet speculi parua magnæ spheræ portio, vltimo locata oculi: quòd si quis distantiam mensurauerit, centri loco fiet visus, quod scio ingeniosis maxime placiturum. Hinc euenit, vt

*Quisq; pictura ignarus, rei alicuius effigiem stylo describere possit,*

dummodò solùm colores assimilare discat: hoc in subiectam tabulam, vel solidiusculam papyrum imagine repercussa: erit enim perito facillimum: si Sol defecerit, id alio imitaberis lumine: pleraque alia eueniunt, & cognosces, quàm vt enarrare possimus, præcipuè si diligens inspector pertractauerit. Et hinc rei conscio quispiam occultè narrandi auspiciari poterit principia, & quæ voluerit, & remotè carceribus ocluso, nec leues poterunt imaginari technæ, distantiam speculi emendabis magnitudine. sat habes: qui se id fecisse iactarunt,

non nisi meras nugas protulerunt, nec aliquibus adhuc inuentum putarim.

*Iris quomodo videri possit.*

C A P. III.

**M** V L T I S id euenire poterit modis, commodius tamen è crystallo paretur, vel ex Iride quoq; gemma, sexangula crystallo simili, quã sic maiores appellauere, cum Solis subdita radiis, summa recti laquearia subiectumq; planum tremula verberet umbra, iridiq; colores similes ostendat. Sic enim nascitur hexagona: sin minus, arte parerur trigona, longitudine dodrantali, latitudine duorum digitorum, inde rota expoliatur, & concinetur. Cum ergo iridem videre quæsieris, crystallinum, vel vitreũ prisma manibus sumes, & in longitudine oculis accommodabis, si per infernam superficiem intrueberis, omnia diuersè colorata è puniceo, viridi, xantho, & cæruleo: item si ad supernam superficiem oculos flexeris, permutatur colorum situs, cum permutentur perpendiculares, & hoc clarius Solis luce, nec contemnendum rei specimen erit, si hortos inspexeris vndique tapetis sparsos, floribus & corollis ornatos, & ambulantes homines, vti angeli visuntur, vestijum fimbria iisdem coloribus redimpta, si secundum latitudinem oculis accommodabitur, in latum colores videbis: si supra, vel sub oculos inuertes, inuersa & erecta absque coloribus vides, spectans verò quaternis inspicietur oculis, omnia tamen inflexa, ob oculorũ conuexitatem, aliquam inde cera superficiem



tiem opacando, & sæpè per oculos resoluendo ea videt, qua potius sunt fastidiētis, quàm voluptuosæ narrationis, pertractare. I D E M quoque sic videre possumus: Si in peluim aquæ plenam speculum immergatur, diligens intuator in parietum marginibus, iridis colores generatos reperiet, & pulciores. A L T E R vitreum vas, vel pellucidum aliquod rotundum, foris aqua perfusum Soli oppones: radiis enim Solis ictum, rutilo aëris percussu in subiecto plano cælestis arcus speciē imitabitur per varias Solis inflexiones. Si c Soli aquā obiciendo stillatim, è regione nigra in superficie dissultans iris spectabitur, vt sæpè remigantibus euenit, aquarum motu: idem quoque euenire conspicitur circa lucernas Austro flante, & maximè humidis oculis habentibus.

*Quomodo res multiplicata videri possit.*

C A P. IIII.

I N T E R ludos qui circumferuntur, nō parum iucunditatis est specilli in instrumentum vitreum illud, quod oculis apponimus, vt commodius aliquid intueamur, neque enim ex his, quæ oculos fallunt, potior reperiri poterit via, quàm in mediō (eo enim permutato, permutantur omnia) illud ergo è solidiori vitro maioriq̃e crassitię pateatur, vt apertis in facies rota verti possit, in plures ergo facies & angulos accommodetur, quibus aliquid numerare volumus: in eorum tamen medio anguli metam habeant, & oculorum congruat aciei, vt disgregetur visus, ne verum conspiciere possit. & pluri-

pluribus ergo superficiebus iam paratis, oculis apponi, & si alicuius faciē vicinīus intuebimur, Argum vel oculatum totum, si nasum, nō nisi nasum: sic manus digitos, & brachia, vt non hominem, sed poētis fictum Briareum, si nummum videre contigerit, multos non vnum conspicias, vt nec manibus tangi valeat, sed tangentem sæpè ludat: meliusq; fuerit cum eo dare, quàm accipere: si in trirēme longius intuearis, armata videbitur classis. si ambulāntem militem, exercitus agmine factō incedens: sitq; vt res geminari videatur, & duplices cernas hominū facies, bināq; corpora: & hinc fiunt diuersi conspiciendi modi, vt res vna alia videatur, quæ omnia quærentibus & explorantibus patefiunt.

*Speculis planis, vt caput deorsum, pedes sursum videantur.*

## CAP. V.

SI quis planis speculis, sursum pedes, caput verò deorsum spectare conspiciat (quanquam id representādi proprium concavis speculis sit) planis tamē sic efficere conabimur: Specula plana bina secundum eorum longitudinem collocabis, vt simul hæreant, ne hinc inde agilitè dimoueri possint, rectumq; efficiant angulum: vbi ritè paratum fuerit, secundum longitudinis cohærentiam faciē opponatur, vt in vno media, in alio reliqua videatur facies; tunc speculo læuo, vel dextro inclinabis, latere rectius inspectando, & caput intorqueri videbitur, cum secundum eorum latitudinem

dinem faciem dissecabunt, fiet imago huiusmodi, vt caput infra, pedes verò supra locati videantur. quod si amplum fuerit, totus spectabitur inuersus homo. id autem mutua, & multiplici euenit reflectione: ex vno enim in aliud resilit, vt obtortum videatur.

*Speculum è planis, in quo vnium rei imagines plures apparent.*

C A P. VI.

**SPECVLVM** autem è planis compactum, cui si vna res demonstrabitur, plura illius det simulacra, prudens inuenit vetustas, vt è Ptolemæi scriptis percipitur: cuius talis est compositio: Plana tabula vel loco, quo tale erectum quæris, hemicyclus disponatur, & hunc secundum imaginum numerum æquè diuidas punctis, iis chordas subtendas, & absides abscindantur: inde similis latitudinis paralelogramma erigas plana specula, & altitudinis eiusdem; firmiter glutinentur, & accommodentur, ne conuelli possint, secundum longitudinem adiuncta, & super planam superficiem erecta. postremo spectantis oculus circuli locetur cetro, vt vniformem ad omnia visum habeat, singulis singulas spectabit facies, & in circuitum dispositas, vti in choreis sæpe visitur, vel theatriali spectaculo: Ideò ab eis Theatricum, vel theatrale dicitur: è centro enim facientes linee perpendiculares omnes, super eorum superficiem incidunt, in seipsas ergo reflectuntur, sic oculo imagines afferunt, depromens vnaquæq; suam, sic deuoluendo di-

do diuerſeque ſitum euariando, varios & diuerſos  
monſtrat ſimulachrorum ſitus.

*Speculum multitudine conſtruere.*

CAP. VII.

**SPECULUM** conſtruitur, quod polythaton,  
id eſt, multorum viſibilium dicitur: illud enim a-  
periendo & claudendo ſolius digiti viginti, & plu-  
ra demonſtrat ſimulachra. ſic igitur id parabis: Ae-  
rea duo ſpectula, vel cryſtallina rectangula ſuper ba-  
ſim eandem erigantur, ſintq; in hemiola propor-  
tione vel alia, & ſecundum multitudinis latus v-  
num ſimul colligentur, vt libri inſtar aptè claudī  
& aperiri poſſint, & anguli diuerſentur, qualia  
Venetiis factitare ſolent: faciem enim vnā obii-  
ciens, in vtroque plura cernes ora, & hoc quanto  
arctius clauſeris, minoriſque fuerint angulo, ape-  
riendo autem minuentur, & obtuſiori cernes an-  
gulo, pauciora conſpicientur numero. Sic digitum  
oſtendens, non niſi digitos cernes, dextra inſuper  
dextra, & ſiniſtra ſiniſtra conuiſuntur, quod ſpecu-  
lis contrarium eſt, mutuaſque id accidit reflexione  
& pulſatione, vnde imaginum viciffitudo euenit.

*Speculum è planis componere, in quo imago vna veniens, in  
altero recedens conſpiciatur.*

CAP. VIII.

At ſpeculum, in quo imago vna veniens, in al-  
tero recedens conſpiciatur, è planis componere ſic  
facile poteris: Plana duo ſumes ſpectula, quorum  
longitudo latitudini dupla, vel ſeſquialtera erit, &

id cōmoditatis gratia: nil enim eorum refert proportio: sint tamen longitudinis eiusdem & paria, & super stylum inuicem inclinata vniuntur, eriganturque super planum aliquod perpendiculariter, vnde super mobile latus fixa moueantur specula, non dubium sanè est, quin & in vno accedi, & regredi in altero inspicias: & quantò hæc appropinquabitur, elongabitur illa tanto, vt simul in hoc veniens, in altero discedens videatur.

*Speculis planis, vt ea cernantur, quæ longè & alienis in locis geruntur.*

C A P. IX.

S I C sanè poterit quis occultè, & sine suspitione ea intueri, quæ longè & alienis in locis tutò geruntur: quod aliter fieri non posset: sedulus tamen esto in speculorum situ: Statuatur in domicilio locus, vel alibi, quo aliquid spectare libeat, & è fenestra vel foraminis regione speculum accommodetur, quod faciem spectet tuam, & bene erectum si fuerit opus, vel parietibus figatur, vndique mouendo, & inclinando, quousque quæstum imaginet locum, quod oculos admouendo, & accedendo assequeris: & si arduum fuerit, Dioptra, vel alio instrumento minimè falles, & super lineam perpendiculariter erigatur, angulum secantem, & reflexionis & incidentiæ linearum, & ea intueberis, quæ loco in illo geruntur, & clarè. Sic & in diuersis eueniet locis. H I N C euenit, quòd si vno minus commodum fuerit speculo, idem pluribus spectare poteris: vel si distantia nimia visile deperda-

perdatur, vel parietibus & montibus interiectis dirimatur: Speculum super accommodabis, ex alterius regione super lineam erectam, quæ angulum diuidat rectum: sin aliter, ne utiquam id eueniet, & locum conspicies optatum: vnum enim in aliud, imaginem remittens, per decem, & multis elisa imago, oculo euolat, eaque cernes, quæ primò offenderint: dum imago per rectas profertur lineas, nec locorum, vel parietum anfractu cohibetur visibile: facilisque fuerit constructus. Sic sæpè simulacra transferre consuevit. At ALIUD fastigiosum aliquod, vel erectum sectare quæsieris, quod ne utiquam visus cerneret possit: secundum longitudinem bina adiunges specula, vti diximus, & ligno, vel parietis culmine firmatur alterum, vt promineat, & rem habeat obiectam: reliquum vero funi, vt aptè dimoueri possit, quando libuerit, & cum primò nunc obtusus, nunc acutum causet angulum, vt visus exoptularit, dum visæ rei linea secundi speculi medio visui refringatur, & incidentiæ & reflexionis pares sint anguli, & si alta videre quæris, erige: si infima, deprime, donec refringatur visui. tum demum spectabitur: si manibus alterum habebis, inspecto illo facilius eueniet.

*Speculum quomodo constitnatur, vt nil imaginet, nisi quæ volueris.*

## CAP. X.

CONSTITVITVR sic quoque speculum, vt eo inspecto aliquis imagine nõ visa sua, alienam videat rei speciem, nec vndique circumspectam:

S

Planum

Planum speculum in pariete firmabis, super planum perpendiculariter erectum, & sub notam anguli portionem capite inclinetur, è regione cuius parietem scindas, sub certam picturæ vel idoli aliquis quantitatem: eamque ei apponas secundum portionis quantitatem, ac operias, vt spectantem lateat, & mirabilior videbitur, nec ad illud accedere possit. Speculum constituto loco imaginem refringet, visu & visibili per speculum ictus fiat reciprocus, ubi locetur oculus, quem locum respicies, vt superius docui. Incedens ergo inspector, nec sui imaginem, nec quicquam cernet vnquam, cum ei opponitur, & ad statutum peruenerit locum, picturæ vel alterius rei simulacrum cernet, quod nec alibi stare valet.

*Speculum è planis quomodo constituitur, quo imaginem in aère volitantem aspicias.*

C A P. XI.

Nec erit minoris constructionis, & voluptatis speculum illud è planis compositum, quod humi iacens homines volitantes ostendit, nec sine miraculo intueberis. Si quis id assequi velit, facilis sic erit constructio: Bina iungantur ligna, vt gnomonis figuram imitentur, & fixa vndeque constituent angulum, vt orthogonij trianguli, & Isoscelis figuram habeant, firmetur: inde in vnoquoque pede speculum magnum vnum æquè sibi è regione aduersans, & æquè ab angulo distans, prosteratur eorum alterum, iaceatque, quorum medio locetur spectator è terra eleuatus aliquantulum, vt faci-

facilius calcanei formam accedendo, & recedendo cernat, illicò enim cernes, si in recta linea te constitues angulum illum secante, sitque orizzonti æquidistans. Sic imaginans speculum illud in aliud transuerberat, quod spectat intuitor: manus & pedes agitet & iactet, vt volantes plumigeræ solent: sic videbit suam imaginem in altero volitantem, vt semper moueatur, dummodò è reflexionis loco non faceſſat, nam vetaretur.

*Speculo cylindrico conuexo quis intuens, alterius rei pensilens imaginem in aère videat.*

## CAP. XII.

**HABET** & columnare speculum conuexum, vel eius hemicylindrum (quod parum referte arbitror) talem situm in domicilio, vel loco alio constitutum, vt claræ rei simulacrum in aère non sine miraculo pendulum imaginet. quod si videre affectabis, sic parabis: Cylindricum segmentum, media domo supra tabulã, vel tripodem erectum firmetur, vt perpendiculariter solum feriat, inde è foramine aliquo vel rimula, à specula aliquantum distanti oculus collocetur, & sit fixus, ne hinc inde moueri possit: è speculi deinde regione rumpatur paries, ac fenestræ instar accommodetur, pyramidis formam habeat, intus conus, foris verò basis existat, vti fieri solet, vbi pictura vel imago aliqua collocetur, vt oculo spectari possit, sed à superficie columnaris speculi reflectatur: vt pictura illa extrà collocata, quæ ex oculi foramine videri non potest, in aère pensilis videatur, quod non si-



De admiratione intuebitur: efficit id quoque speculum pyramidale conuexum, si sic accommodabis, ut eandem referat imaginem. Fit quoque eodem modo, quem inferius explorabimus.

*Sphærico contrano ut pensilis quoque imago videri possit.*

C A P. X I I I.

P O T E S T & facilius eiusdem rei imago reflecta in aëre videri, quam cōuexo cylindrico, & clarius concavo quæniat speculo sphærali, mirabilius tamen in eius segmento, à speculo enim longè videbitur, cum in sphærae centro appareat: Illud obscuro aliquo constitues loco, & vbi aliquantulum ab eo distabis, inuersum cernes caput, tu fixis oculis, & inconniuentibus centrum aspicias, donec ad tuas deuenierit acies ultra speculum in aëre reflexa species, semota penitus, dummodo oculares radij per speculi centrum acti, spectrum simulacrumque in speculo quoque videas, inde vicinius visum appropinquando maior fit, ut manibus tangi videatur. Quod si magna fuerit speculi portio, non est, qui non miretur: nam si propius accedet, ab imagine terretur, & videbitur nasus naso obuiare, & dirumpi: si quis verò stricto mucrone inuaserit, videbitur ab altero inuadi, manus perfodi, ut retrò manus agat, & si quis dū aliquis inspexerit, pugnam retrò demonstrauerit, videbitur & inspector colapho affici, ut timeat, faciè retorqueat & inclinet. Ut tandem facilius centrum noscas, hæc vitare norma, ne ad Mathematica diuertaris: Pagina, vel cera portionis arcum capias,

VI VILIO-

& vtrinque chordam inducas, & perpendiculariter bisariam secato, & in concurrentibus lineis, vel semidiametris necessatio centrum reperies, quod in concavis omnibus cognosci potest. Sunt & concavorum experientia multae, quas in sequentibus trademus.

*Speculi concavi imaginationes & operationes.*

C A P. XIII.

CENTRO concavi hemicyclii iam intus, diversitates omnes cognoscere facile erit, cum ex eo omnia regulentur & noscantur. Si vis ergo inuersum spectare caput, extra speculi centrum caput habeto, & inuersum statim inspicias, & pedes sursum. Si perfectum non fuerit hemisphaerium, sed eius segmentum, intra caput facilius accommodare poteris, & ingentes conspicias facies immanis Bacchi, & digitum brachij crassitudinis reddet. Talia fecit concava specula Hostius, ut refert Seneca, ut redderet maiorem iusto imaginem, qui quadra fuit libidinis magna, sic specula disponens, ut dum drancum pateretur, sui admittarij motus omnes auersus videret, taliq; falsa membri crassitie seipsum fallens objectaretur. Sed iis omissis, dextra sinistra videbuntur: & paulatim caput elongando, maior efficitur facies, cum centro vicinum fuerit, facies binas, & quaternos cernet oculos, qui in latus speculum mouendo videbuntur, vel caput: speculi enim paruitate simul videri non possunt. Cum oculus in centro fuerit, non nisi seipsum cernet, eo transacto & duplicatas facies, & inuer-

sa bina cernet capita, dummodò linea per centrum acta oculorum intercapedinem feriat: omnia tamen in contrariam partem moueri videbuntur, inspector forti cernat intuitu per oculares duos axes, vt geminata videat omnia, quemadmodum sæpe & ratione accidit, vt res vna plurimis modis duplicari videatur. Sic quoque speculum in terra, vel tabula aliqua iaceat, & æquè ab eo distent, & inuicem intueantur: os strictû & longum, & deformis compressa multum apparebit facies. Hoc tamen optimi inter cetera tale retinet speculum, quod eminus ignem iaculatur, nec combustionem caussatur paruum. qui verò periculum facere concupierit, splendentis Solis radiis speculum opponat, & fomitem, vel accendibilem rem centri loco collocet, quod accedendo, & remouendo inuenies, lucisq; conus ostendit, & inducit illico flammam. quòd si diu perseuerauerit, plumbum vel stannum colliquefacere potest: quanquam aurum & argentum radios colliquasse me legisse memini. Si verò maioris sphaeræ fuerit segmentum, per maiorem accendit distantiam.

*De Parabola segmento, & de speculis alijs vstorijis.*

C A P. XV.

QUOD speculum valde perurat, sæpius retulimus: nūc verò quod maximum, & eminus ignem iaculetur, speculum cōstruere fuerit opportunum, postquam horum meminimus, quale Galeni & multorum testimonio Archimedes construxisse legimus, & hostium triremes incendisse. Scito Pa-  
raba-

raboleam sectionem inter ceteras maximè perurere, radios enim violentius congregat, & in vnum coarctat. Sectio hæc rectangula vel parabola dicitur. Vt verè cupientibus pateat fabrica, speculum tale conficiendi cape normam: Sit distantia nota, ad quam radios emittere & comburere quæris, eam dupla, & tali diametro rectangula rotunda pyramis erigatur: sed commoditatis gratia è cera vel creta fiat, inde plana superficie axi æquidistans pyramidis abscindatur portio, & parabolica dicitur: si versus fastigiū in amblygonio hyperbolem: versus basim in oxygenio ellipsim habebis, nos parabolen quærimus. Sit tamen portio minor, vt facilius excuetur speculum, & mirabilior res videatur: abscissæ portionis superficiem, plana tabula, vel ferri lamina (vt inferius docebitur) figurâ imitaberis, inde per fastigium & basis medium axem inducito fixum, & materiam aliquam excuabis chalybeam vel ferream, vel (si mauis) mixturam aliquã, qua parabis archetypū: tale sic efformatum speculum parabola dicitur, & secūdam datam distantiam violenter soli appositum, vt ipsius axis sit contra Solem, comburet: incidentes enim radij speculo, & perpendiculariter ferientes, simul in vnum reflectuntur & coincidunt, vt omnes vnus radij vicem gerant cōburentis multū: ideo nulla est inter sectiones alia, quæ longius & valētius ignem immittat, quàm parabola.

A L I T E R, quæ accendunt, multa specula parantur, nec sine ignitione forti, vti ex planis multis simul coordinatis: ex vno enim hoc fieri non posset, vt constat geometri-

cæ rationis examine. Sic tamen è planis vstorium fabricabis speculum: Sphæricum aliquod concuum materie paretur qualibet, & simul in caua superficie ordinêtur, vt se inuicem tangât, nec vacuum relinquunt, sintque speculi segmenta hexagona, quadrangula, vel trigona, & fuerit præstantius, vt multarum superficierû numero radij numerentur, sic soli oppositum, circa cêtrum accendit ignem. Referebat Attenius ex septem hexagonis speculis in vnum colligatis ignem accendi, nec experientia succedit, nisi aliquâtulum inclinetur, & ex omnium reflexione ignis accendatur. Nec **A L I T E R** ex pluribus quoque globosis tumentibus speculis ignem accêdi posse inficior, vt multorum numero fiat in vnoquoque radiorum congressus: ex vno tamen impossibile, nec sine labore huiusmodi talium compositio fieret. Potest quoque **I D E M** fieri, multorum speculorum concuorum compositioe & intersecatione, nec sine laboriosa operantis industria, sed opus efficacius expedirent, nec minus intersecatione multorum speculorum pyramidalium. Nec iniucundi erit visus

*Ignem accendere phiala aqua plena*

soli opposita, rotunda, & vitrea: cum enim directè soli opponitur, retrò in linea vitream amphoram pertranseunte per centrum, combustibile aliquod ignis amicum constituitur, vbi pertranseuntes radij coincidunt, quod luminoso quodam noscitur, illicò ignem inducit non sine spectantium miraculo, cum ex aqua ignem excitari videant. Sic

*Ignis*

*Ignis crystallo rotundo quoque*

accenditur, vel sphaerula perfecte rotunda, vel si planum vitrum paretur, uti specillum, & aliquantulum soli oppositum retro partem in aduersam radios vnies, vstulat: tãdiu enim materiam illam ignium conceptricem remouebis, & appropinqua- bis, dum radiorum reflexorum conum inueneris, inde paululum immorando ignis emicat inde. & praecipue mirabimur, si parua magnae extet sphae- rae portio. Medici tradunt, quae in corpore vrenda sunt, non vtilius posse, quam crystallina pila ad- uersus solis radios opposita.

*Speculum construere, quo multa imaginum diuersitates vi- deantur.*

## C A P. XVI.

N V N C speculum construere conabimur, in quo multae apparebunt imaginum diuersitates: & si tale difficilis fuerit constructionis, imaginum tamen diuersitate, & occurrentia rependet. ut ad eius fabricam accedatur: Circulum capies arcuae vel eximiae capacitatis, qua speculum volueris, & hinc inde absidis portiones abscindes duas, ex pẽ- tagoni quantitate vna, altera ex hexagono, quo patuit modo in mathematicis: inde pentagoni ar- cus tabula quadam, vel ferro intus excauetur, ut suo gremio perfecte recipiat, ut ex ea refecatus vi- deatur, contrariae autem dispositionis hexagoni erit latus, nam illius quantitas conuexa excipia- tur tabula, ut instar illius arcus promineat, inde cerea vel plumbea accipiat bractea conuenien-

S S tis

tis soliditatis, latitudine arcum hexagoni, & lon-  
 gitudine vtrosque superans, sic deinde incuruetur  
 lamella, vt ritè in excauato infideat ligno, ne inter-  
 capedo vel rimula relinquatur vlla, & conuexa su-  
 perfacies seruata prominens, tunc intrinsecus ap-  
 plicetur secūdem eius latitudinem, ne concauita-  
 tis forma aduersetur cōuexitati: sed lamella eadem  
 vtrasque sine impedimento recipiat portiones: sic  
 parato archetypo, chalybis, vel alterius rei mixtura  
 speculum construatur, vti docebimus, & perpoli-  
 tum multas ostendet imaginum diuersitates. Pri-  
 mò dextra dextra videbuntur, & sinistra sinistra,  
 cū planorum omnium speculorum passio sit, vt  
 oculus qui fuerit dexter, hic læuus: & è læuo mu-  
 tuò fiat dexter. Si verò retrogradus tuleris, com-  
 mensuratum videbitur idolum, & imago antierius  
 prominebit: si conuexæ magis accedes superficiæ,  
 turpis fiet imago, & quātò magis hæres, eò fiet de-  
 formior, & equino capiti magis assimilare vide-  
 beris: quòd si speculum inclinabis, inclinabitur &  
 ipsa, & variando sitū & speculum, variationes con-  
 spicies diuersas, nunc caput deorsum, & pedes sur-  
 sum, & multa cōspicies, quæ in præsentia recense-  
 re opus esse non censui: nam super volubilē sedem  
 locatum, vt vtrasq; possit facies ostendere, antè &  
 retrò per se omnia intuitor, cernet. **S P E C V L V M**  
 quoque ex omnibus dictis componimus, vt eo so-  
 lo imagines omnes videantur, quæ in omnibus,  
 plura ora, nunc maiora, nūc minora, nunc dextra,  
 nunc sinistra, hæc propius, illa remotius, & æqua-  
 lia: si loco vno sinuolum, alio concauum, in me-  
 dio

dio planum locetur, magna imaginum diuersitas  
 spectabitur **SPECULO** cylindrico conuexo ore op-  
 posito, quanto longitudine difformis, eò gracilita-  
 te turpis videbitur, si eius longitudo faciem trans-  
 uersam secet, humilem vultum & compressum, vti  
 rana, demonstrat, vt non nisi dētes spectentur, eo-  
 dem fermè pacto, qui in ense spectabitur, vel ferro  
 alio polito & longo, si illud inclinabis antè, frons  
 maxima, mentum verò paruum, & gracile equi  
 effigie. **CONTRA** verò retrò, si in cauo intus  
 inspicias, plures vnus rei conspiciuntur idoli vi-  
 cem gerentes prælati speculi. Si centro oculum  
 apposueris, tota cernes eum speculi latitudine, sic  
 frontem, os, & reliqua: si tale inuertes speculum,  
 vt latè faciem secet, inuersum caput cernes illico,  
 & cetera quæ in concauo retulimus. **SI** conue-  
 xum pyramidale inspicias, acuta frons, largum  
 verò mentum: si contrà, larga frons, longissimus  
 verò nasus. **MULTA** autem concauo inspicias o-  
 ra, si secundum cauum illud plures planorum spe-  
 culorum portiones accōmodaueris: intuens enim  
 aliquis, secundum speculorum numerum nume-  
 rabit ea, eiusdemq; motus omnia, & tandem qua-  
 secunq; fuerit speculum, vtpote non planum, sem-  
 per diuersum ab idolo spectabitur.

*In speculam excavatum idolum quomodo foras emineat.*

**C A P. XVII.**

**RECENTIORVM** quoq; industria nactum  
 est, vt speculo in eodem plura cernantur ora, vel  
 vnus rei simulacra, sine primi impedimento: re-  
 tro



trò enim excauant speculum, & concauum paruum effingunt, vnde foliolo inducto, vti docebimus, & ritè concinnato, alterius vicem foràs exhibebit. Hinc optimè inuentum prouenit, vt speculo quis intuens, alterius rei imaginem erectam cernat, vt non sine spectantis admiratione, manibus corripuens, nil nisi aërem tangat: sæpè vidisse memini, & sic res se habet. E crystallo in speculum paratū, sed meliùs ex iride gemma, vti semper vidi, retrò idolum vel imaginem excauant, qua potuerint diligentia, folium inde accommodant supra, & in sede locant; quantum enim profunditatis habebit, tantum extra superficiem eminebit, nec tibi satisfacies, nisi manibus tetigeris, an verè promineat, sic litteræ ritè leguntur, vt argento fictæ videantur, nec tanta erit visus acies, quin respiciendo hallucinetur.

*Speculis bracteola quomodo inducatur, & vitrea terminetur.*

C A P. X V I I I.

I A M apparitiones omnes in speculis, quas nouimus, narrasse visus sum: nunc autem restat, vt pauca & non prætereunda dicam, vt perfectam tradam eorum scientiam. Primò speculorum terminatio, quæ è crystallo & vitro parantur, inde aliorum mixturas & polituras, ut sciant artifex & noscere & componere sciat: nam, quanquam inter multa, quæ rerum referunt imaginem, velut aqua, gemmæ quædam, politumque metallum, nil æquè perspicuè reddit simulacra, quam plumbum  
vitro

vitro sublitum. Perspicua specula, aut crystallo,  
 aut vitro parantur, crystallinis planis folia quæ-  
 dam retrò inducuntur: cauis verò, & conuexis vi-  
 treis mixtura quædam inducitur, qua tota perli-  
 nuntur. Crystallina specula vbi plana & adæqua-  
 ta sunt, quantitatis eiusdem artifex stanneam effi-  
 ciat bracteam planam & tenuem, qua poterit di-  
 ligentia. si enim crystalum vel vitrum non subli-  
 niretur plumbo, ob sui vigorem, naturæque densi-  
 tatem, non sisteret impressam imaginem, sed dila-  
 bi sineret, quia vitrum rarum & pellucidum, ob  
 sui pellucientiam non contineret, vnde euanesceret  
 in eo simulacrum, vt in sole lumen: inde supra hæc  
 bracteam vnum argentum digitis extricabis, vt  
 ea totum combibat, & vbi in superficie cernes hæ-  
 rere, & argentea videbitur, tu hanc manibus ca-  
 piens, & speculi à parte aliqua inducere incipies,  
 paullatim totum occupato, & circumplectito lâ-  
 mina ea, diligentia non sine parua, ne aërem intro-  
 concipiens, irritum faciat laborem, nec eiici am-  
 plius possit. vbi hoc accommodaueris, super pla-  
 num aliquod locato, ac supra pondus inducito, &  
 per diem sic requiescat. Hinc natura rerum o-  
 mnium parens, oculum speculi instar composuit,  
 quippe à tergo pellucetibus partibus, nigrorem  
 quendam apposuit, quo sublato, & tolleretur vi-  
 dendi facultas. A L I T E R possumus conuexa spe-  
 cula terminare sic: Ingens formato vas è vitro ro-  
 tundum pilæ instar, vti vitrariorū fornacibus fieri  
 solent, & igne candens in ventre perforetur, vel  
 apto instrumento, vel aliter, colliquato iam vitro

vas

vas tangat, & inflator suo fungatur munere, in locum illum rumpitur inflatum, foramineque illo proicitur mixtura, quam prius parabis. & colligatum in vas aliud commodum transferas, paribus ponderibus scilicet stibij & stanni contusi & elimati, vndique operator per spaciolum reuoluat, permouēs opus, vbi circumlitum fuerit concauum omne, eodē foramine superfluū emanet, & frigescat, inde in bina vel plura secabis specula, quod rectē perficies smiri lapide: talē enim sortitur naturam, vt vitrum tactu & crystallum secet, sic lucida & terminata habebis specula.

*Specula quomodo consentur, & speculorum mixtura & politura.*

C A P. XIX.

**S**I concauum, conuexum, diuersēq; efformatum speculum formare quēsieris, & parabolam sectionem, quam antea retulimus, cera archetypum parabis: aptiūs enim manibus accommodatur, in diuersam reducitur formam, & aptiūs erit operi, vbi quēsitā speculi figura cereum archetypum habes, sequenti terra ritē præparata, tenui penicillo illinas, dum aliquam habuerit crassitiem, inde supra crassiūs tritum aliud manibus accommodabis, talisque soliditatis, vt fusum sustentet metallum, ne vi ignis frangatur, & in partes plures dissiliat, paruo tamen foramine relicto: quo cera detrahatur, & metallum immittas, Soli resiccandum committas: nam igni inferuescens fluitat cera, sic in calidū cauum illud colliquatum immitti-

to me-

to metallū, & refrigerari finito, & quæsitā speculi  
 habes formā. **TERRAE** enim, quibus vti poteris  
 multæ sunt, vti smiri, tripoli. vocato, pumice,  
 lapillis, sæpiæ testibus, antiqui lateris puluere, dum  
 mutuo perfricantur, hirci combustis ossibus, ferri  
 rubigine, & multis. hæc ritè tundātur, tenuiq; suc-  
 cernātur incerniculo, sic denuo in pilam repetan-  
 tur, & tritentur, igni deinde vase incandescere si-  
 nunt, & porphyreo læuigant marmore, & tādīu o-  
 perantur, quādiu in tenuissimum vertatur pulue-  
 rem, vt ferè tactū effugiat, & in auras euolare pos-  
 sit, inde aquæ, vel cerio subtiliorē efficiunt, omnes  
 vel ex his aliquos tali madefaciunt aqua, quā men-  
 struum vocant. viuis carbonibus ollā sale plenam  
 exaggerant: vbi sal crepitare desierit, in aquā dis-  
 soluunt. Si tu ardēti aqua madefacies, in frigidam  
 adhuc terrā proiicere metallum poteris: id enim  
 maximè refert, vt terra colliquatū recipiat metal-  
 lū, vti tripoli vocatum aurū substinet, lapilli plum-  
 bum & argentum, æs molarum puluere, iis non so-  
 lum in speculis vti poteris, sed in aliis. **MIXTURA**,  
 qua in speculorum efformatione vtimur, ita  
 ferè communiter ab omnibus efficitur: Aes cum  
 stanni triplo, tartari paullulum, & arsenicum, vt  
 fluat & insimul adcorporentur: alij cum stanno  
 æris triplum, & stibij tantillum, argentum, vel  
 pyriten album adiungunt, alij ex plumbo cum  
 argenti duplo, aliisque efficitur metallis: sed vbi  
 in testaceum vas, igni contumax fuerit fusum, in  
 typos immittunt, sic & aliter specula temperāt,  
 sed horum meminisse sufficiat. **LAM** speculo-  
 rum

rum constructiones retulimus, nunc polituras superesse video, ut postquam conflata & constructa fuerint, læuigentur, & præpoliantur, ut ex eo resiliens radius simulacrum redundet, fluat, & imaginet speculum, multumq; læuor, & partium concinnitas refert. Si verò læue minimè fuerit, scinditur simulacrum, & ut hinc maior, minor appareat figura, & diuersa. Rude autem postquam fuerit speculum, rotæ accomodetur, ubi arma exponiuntur, & ad partium lenitatem, & æqualitatem reducatur, omnium: si concauum, vel conuexum polies, ne rotæ motus speculum frangat, lignum dolabis, ea ad speculi formam reduces, & pice glutinabis, ne moueatur, inde smiri subtiliter infracto, panno, vel corio valde perfricabis, inde pumice in pollinem redacta (facile enim puluerascit) ritè pumicabis ut accommodetur, & læuorem inducas, vel ubi fixum adhæreat tabulæ, stanni calx tripoli immittatur, & extricetur: in extrema autem politura tartaro, fuligine, salicis vel Iuniperi cineribus uti poteris, & maximè prænitebit. Smiris autem sic præparatur, optimus quærarur, & contes, & per pannum incernes, aqua madeat. Hæc autem de speculis eorumque operationibus dicta sufficiant.

*De Physicis ligaturis.*

C A P. XX.

INTER naturalia quoque versantur experimenta Physicæ ligaturæ, vel ut malint aliqui, colli suspensiones: debent enim vel collo suspendi, vel aliis locis ferri, ut insitâ gerētibus elargiantur virtutem.

rem, hæc enim ex Indorū, Græcorū scriptis, præcipuè Hermetis, Costabeniucis, ceterorumq; trāsferre placuit: naturaliter enim operantur, & quam retinent vim operationemq;, vel à virtute habent, quā vocat Zeno vniuersalē, vel ab ipso cælo, nec operationes illas alicui perspiciēdi dabitur facultas, nisi vt Plato, & Socrates ait, conuenientibus membris, & locis adligentur, & deferantur, aiuntq; prodesse multū posse (vti omnes vno fatentur ore) & animæ cogitationē, certamq; effectus fidem. Inquit enim Plato: Si humana mens aliquā rem non iuantē sibi prodesse pro certo habet, ex sola mētis intentione sibi prodesse potest: ex timore enim & lætitia non solū incolume mutatur corpus, sed in vētris solutionē, & in diuturnas maximē passiones incidere potest; & si hæc iuuāt, per naturalē solum causam iuant: aliæ enim vitæ incolumitati, quædā robori, sapientiæ, hæc hilares, tristes, infelices, & infortunatos faciunt, pigros, vel timidos. Vnde si quis viperā serpentē collo suspenderit, eamq; præfoces lineo filō, & maximē marinæ purpurę donec moriatur, valet filū colli suffocationi, & fauciu apostematibus, si collo cūpiā aduincias. Sic si torquē viridis iaspidis collo suspenderit, vt stomachi os attingat, vētriculi os non leuiter cōfirmare Galenus prodidit. Canini dentes, cum hominem morderint, in frustulis eorū ligati, armoq; suspēsi, à canis rabidi morsibus suspendentem defendunt. Peoniæ radix collo suspensa pueris sanat comitialem morbū. Sic quoq; dissectis crescēte luna pullis hirundinis, qui primo partu exclusi sunt, in ventre

T corum

eorum lapillos offendes, e quibus duos, vñ colore albū, alterum colore variū eximas: ij prius, quā terram attigerint, in iuuecæ corio, aut ceruina pelle brachio: aut collo adligati comitialibus profunt, & sipe prorsus recreantur, vñ ait Dioscorides. Auricularis digitus abortiuū, si mulieris collo suspendatur, illa non cōcipit, dñ in collo habuerit: idemq; adalligata asparacis radix facit. Est & aranei genus, quod candidā, tenuē, densamq; teiam orditur, in aluta ligatū, & lacerto appensum quartanis circumitibus medetur. Corallus rubeus stomachū confirmat, & ad cordis passionē valet, si supra illud ligetur. Aëtites lapis sinistro brachio alligatus gravidis continet partus, cum tubricæ sunt vuluæ, parumq; tenaces. Sed parturiētibus si femoribus alligetur, facit vt sine dolore pariant, sed e brachio amoueatur. Onyx collo suspensus auget tristitias in somno, vt diximus, & hominē ad agritudinē conuertit. Saphyrus ardorē interiorē refrigerat: nam in febribus incensinis refrigerium præbet, si iuxta cordis venas pulsatiles suspēdatuz. Smaragdus collo suspensus frugat hehmiticæū, & defendit ab epilepsia, vñ de nobilibus mādaruz filionū collis illum suspēdendū, vt ab eis defendat. Amethystus e collo dependens ad ventriculi os, ab ebrietate liberat. Hyacinthi genus quoddamq; si a collo pendet, vel digito geratur, pestifere regionis noxas nō senties, frēq; illius viginti granorū pondō. Et pes Testudinis dexter ligatus super dextrū podagrici pedē dolorem sedat, & sinistrū sinister iuuabit, nec obesse poterit manus manni. Lupi sterqus ossa comedentis,

vis, quod in terrâ non deciderit, si vinculo suspenditur, non quolibet, sed lana laniata ouis à Lupo, quod si ea nō attingat, locū, tum quod cingeret inguina, tū alterū quo stercus cōtineretur, parari præcipiunt, pdest multū coliacis: Sed efficaciores perhibēt sapiētes hos lapidū effectus, si lapides habitus Phœbeos, vel Lunares, hos argēteo filo, illos aureo collo suspēderis, semper autē Solis vel Lunę radiis vegetari. Selenitis enim nō modò Lunę figurā imitatur, sed motū, quia eū ea circumit, collo gestatus lunare efficit spiritū, Lunęq; virtutes influit. Sic Heliodorū nominatus, qui luminariū ambōrū cōiunctionē præ se fert, gestatus vtriūq; virtutis cōpotem facit, id in ceteris obseruato. Hęc sunt, quæ ex antiquorū libris decerpimus, quibus sepe indigentes vsi sumus, vt in toto cōspicitur opere.

*De gemmarum viribus, & earundem imaginibus.*

## C A P. XXI.

CUM alterius sit negotij de imaginibus, gemis insculptis, & earundē virtutibus transferre, aliō trāsferre decreuerim, vti nō purē naturaliter operantibus, quō tamen vberiori doctrina occultarum operationū præuidis satisfaciā, hic apposimus, cum quoq; conspicerē, quos demonstrat effectus, naturali euenire virtute, horis, cōfigurationibus, & celestibus characteribus adiute, corroborataq; cū lapidū virtuti cōformibus, signis describatur. Iam & ab antiquis multæ posteritati relicte sunt, & prætermittæ, nec minimū in monstis interpretandis, earumq; virtutibus intelligēdis recētiore insuat etas, sed antequā quæ dicenda sunt præcepero, plū-



rimos, qui horū meminerint, memoria repeto. Pto-  
 lemæus affert, huius seculi facies cælestibus vultu-  
 bus subiectas esse, quibus mira sapiētes operabātur,  
 imagines cōstruentes & describētes: & Haly Aben  
 Rhodā Sapiēte quēdam Aegyptiū scorpionis si-  
 gillo thure impresso sanasse, qui scorpionis morsu  
 affligeretur, ille annulo scorpionis imaginē defe-  
 rebat, & insculpi iusserat cæli mediū, vel ortus car-  
 dinē occupāte, & cū Luna iuncto, quod & à Sera-  
 pione simile narratur. Vtilē quoq; aduersus serpē-  
 tes imaginē effici posse Porphyrius autumat, cum  
 Luna cælestē intrat serpentē, vel cum feliciter aspi-  
 cit, & multa, quæ breuitati parcentes omittimus.  
 Hic breuiter recēsebimus operationes, cōfiguratio-  
 nesq; debitas. Vt rē igitur exordiamur, multiplici  
 de caussa ab antiquis scriptas reperimus, vti nostra  
 se extēdi potuit cognitio. Primò anulis claudēbā-  
 tur, vt tali litteræ clauderētur sigillo, atq; ex eo, qui  
 litteras dabat, facies agnosceretur. quod Suetonius  
 Trāquillus de Augusto ptulit, qui in diplomatibus,  
 libellisq; & epistolis signādis vñs est sphynge, mox  
 magni Alexātri imaginē, nouissimē sua, Dioscori-  
 dis manu sculpta, qua signare insequuti quoq; prin-  
 cipes perseuerauerant. idē Ouidius quoq; retulit  
 in Tristibus. Et sæpe quæ apud nos reperiuntur, &  
 in manus incidunt, diuersis hominū faciebus scri-  
 ptæ visuntur, atq; è sardoniche potissimū fieri con-  
 sueuerūt, quod solus cerā non cōuellat. Reperiun-  
 tur quoq; cōtra diuersa accidētia scriptæ, & lapidū  
 virtuti decentibus figurationibus corroboratæ, vt  
 potior viuidiōrq; lapidis existat operatio: inter ce-  
 tē

terra etiam, quæ cælestes influxus recipere possent idoneæ sunt gemæ, nã quanquã cælestibus muneribus capiendis duriores videantur, vbi tamẽ accipiunt, tenacius & diutius retinēt, quod Iablico quoque placitũ video. Sic sæpe anulis, quibus insigniuntur & decorantur, obuersas inuenimus gemas, intrus enim quod nudã tangebatur digiti carnẽ, inscriptæ imagines, characteres, & diuersarũ litterarũ notæ, verbaq; cõspiciuntur, stas horis, oportunitq; temporibus cõscripta, quorũ figurandi & scribēdi modũ latè in sequētib; intelliges. Nunc autem lapidũ virtutes, nostro operi idoneas breuiter perscribemus, vt res exemplis meridiana luce clarior fiat.

De lapidum virtutibus. CAP. XXII.

N V N C lapidũ virtutes recensēbimus, non tamẽ omniũ virtutes omnes me referre putes, laboris potius, quàm ingenij & subtilitatis esset: sed eas tantũ quæ frequentius reperiuntur, & experientia probauimus, earumq; figuræ lapidũ proprietati correspondēt, & ad nostrũ opus necessariæ videntur. facile tamen eis plena multa reperies volumina, vni aliud tractent. Et primò Achates, qui Achatis fluminis ripis reperitur, niger est, albis interlitus zonis, & aliquãdo intermicantibus guttis illuitur: contra scorpionũ serpētumq; morsus valet, facundũ facit hominẽ, gratũ, & Regum amicitia conciliat. Ideo Ismeniã Choraulen multis & fugētib; vti consueuisse legimus, & in Persia eorũ suffitu tēpestates auertuntur, & flumina sistuntur, argumentũ eius esse, si in feruētes cortinas fuerint projecti, eas frigefaciunt, sic autẽ irritæ tales sunt vi-

res. Alectorius è galli vètre extrahitur, qui quatuor  
 spado annis vixerit, nos autè à gallinæ ventriculo  
 veteris extraximus: Is ore detētus sitim extinguit,  
 huius gerulus inuictus erit, ille etiā honores acqui-  
 rere facit, & facundū reddit, vxorē marito gratam  
 facit, sic extrahitur à grue geranites, à dragone dra-  
 conites, siue drachetias, à bufone borax: qui à ve-  
 neno liberat, sic chelidonium è dissectis hirūdinum  
 vètribus, sed nisi viuētibus abscissus sit, nunquā gē-  
 mascit: nā si obeat prius serpens, vel animal, simul  
 euanescit & ipse, sic extractis lapidib⁹ adhuc & vi-  
 uentibus ipsis retinent lapides eisdē effectus, quos  
 & stelle, quibus subiiciuntur: Alectorius enim potes-  
 tatē solarē habet, vnde gestātes inuictos reddit, sic  
 chelidonium: ex hirūdinibus erunt curat melācho-  
 liā, & amabilem facit, cum Iouialis sit, & in ceteris i-  
 dē obseruabis. Aëtites lapis quassatus, sonat in eius  
 vètre lapillus: Cōfert prāgnāribus ne abortiantur,  
 sedat & caducorū passiones. Amethystus purpurei,  
 & violacei est fulguris. diētus quasi non ebrius, e-  
 brietati resistit in cōpotationibus, ex ebrio prudē-  
 tē reddit, & litteris operā daturū iuuat, quia sculpi  
 facile potest, multæ in eo scriptæ figuræ reperiuntur,  
 vti dicitur: hominē facit vigilē, bonūq; ferenti  
 prębet intellectū. Corallus in multis prodest, idē  
 corallorū gestamine amoliendis periculis & fasci-  
 nationibus maximè vruntur omnes, idē è corallo  
 furculi pueris adligātur pectore. Cōfert Calcedo-  
 nius gerētī, vt causas vincat, corporis virtutes ve-  
 getet, cōtra dæmonū illusiones, & phāstias cogi-  
 tationes ex melācholia exortas valet. Corneolus a-  
 nimo-

minorū calentiū mollit impetus, & tumentes iras  
 mitigat, sanguinis cōpeſcit fluorem, & præcipuè  
 mulierū mēſtruis laborariū. Heliotropius q̄ deie-  
 ctus in vas aqua Solis radios accēdētes p̄caſſu ſan-  
 guineo mutet maximè, dictus, Solē eclipſet, & ob-  
 ſcurum reddat, q̄ nobis adhuc in expertū, vel quod  
 imbres exciter: Geſtatus bonā famā acquirere fa-  
 cit, ſanguinē ſiſtit profluentiē, venena pellit, nec ge-  
 ſtantē ſinit falli, incolumē ſeruās. Hyacinthus ve-  
 nena fugat, & peſtilētes tractus: & tradunt Punicū  
 eū, qui Hyacinthū geſtat, eſſe à fulgure turū. Lapis  
 caſtum reddit, ſanguinē ſiſtit; & mēſtraū fluens,  
 prodeſt, quibus aqua intercus ineſt, & quos febris  
 adurit, victorioſum, & potentē cōtra inimicos fa-  
 cit, ſtomachū roborat, ſi collo rudis ſuſpēſus, os ſto-  
 machi tangat, is tamē qui viridis: ſunt & alij dege-  
 neres, nominis tantū auctoritate gaudētes. Iris in  
 ſextangulū mucronē vtrinq; leuiter turbinatus deli-  
 nit, ſub tecto ſi Solis radiis opponitur, & pars um-  
 bra detineatur, cœleſtis arcus ſimilitudinē parietil-  
 bus oſtendit, quod forma euenit, ne ex ſe id aliqui  
 putēt euenire, hic auxiliatur parturiēti. Lapis cya-  
 nus cōtra melancholiā, quartanā, & ſincopin valēt.  
 Saphyrus, cui aureus puluis ineſſe videtur, atre ſq;  
 pūctis collucet, vegeta cōſeruat mēbra, inuidos ſu-  
 perate facit, nec timore afficietur gerulus, febres  
 refrigerat, inſtāmationē, anthraces, & frigida tactu  
 ſanae a peſtemata: vim cōtra venenū habet, ſangu-  
 nē reprimat naſo fluentē, ſi tēporibus opponatur.  
 Smaragdus viridi colore inſignis oculorū viſus vi-  
 riditate refocillat, vnde hęc oculis ſpectaſſe, p̄deſt,

præcipuè quos alterius gēnæ fulgor retuderit, raro sculptus reperitur, nec temerè sic placuit, ne offensum decus imaginum lacunis contumperetur, cum difficilliter incidatur, oportet castè ferri, nam coitū non sustinet, vt scribit Albertus de Vngariæ Rege, cui in cōgressus hora cū vxore in partes dissiuit, & fractus est. Proditur Neronē in smaragdo gladiatorum pugnas spectasse, ipse opes auget, & verba persuasoria. Topazius lunaticā sanat passionem, auget diuitias, sanguinis eo fluor stringitur, & gestatus gratiam acquirere facit, & si concavus, vt ceteri obiectum idolum conuersum ostendit.

*De cæli & Planetarum imaginibus.* CAP. XXIII.

HÆ sunt planetarum cæliq; imaginū figuræ, quas sæpe intuens lapidū virtuti cōformes inscriptas reperies, vt Mercuriū gracilē iuuenem, caduceū ferentē, capite pedibūve talaria. Martem autē loriatū, militem bellicosum, vexillū, hastam vel scutum secū ferentē. Venerem autē nudā mulierē, speculū, & secum Cupidinē puerū habentē, lasciuo actu: sic Iouē solio sedētem, virga imperātem: falciferū senē Saturnum: radiis insignitum Solem. Nec minus octauæ sphæræ configurationes crebrius in lapidibus iis p̄spicere licet, simiæ, vrsæ, coronæ, cygni, aquilæ, alati equi, serpentarij, reliquarumq;. Sic signa omnia, arietes, tauros, geminos, cancos, leones, & cetera, & ex stellarū naturis planetis cōformibus operationes eliciunt. Sunt & alię imaginum configurationes, quibus lapides veteres effigiabant, iuxta Indorū, Aegyptiorū, Magorum, & aliorū astrologorum sentētiās, non tam visibiles quam

quàm imaginabiles, vt in prima arietis facie, hominē aiunt adscendere nigrū, corporis ingētis, rubeos habēs oculos, pānoq; præcinctus albo, adscēdit in secūda mulier chlamyde cooperta lintea, viridibus pānis cincta, vnū retinens pedem. In tertia verò adscendit homo rubeis indutus vestibus, armillā habens manibus aureā, cupiens & bonū facere, nec potest : sic in ceteris aliis sunt ascriptæ, quas qui quæsierit, eorū quærat libros, longū enim & nimis fastidiētis esset lectionis eorū opiniones recēdere, quæ & inter se diuersantur, ideò diuersis & variis insculptæ imaginibus reperiūtur. Sunt & alijaliter operātes, rē enim hominibus & gestibus exprimunt, vt, si (gratia exēpli) amorē inducere cupiunt, dulces complexus, gestus, & loquelas exprimunt, & osculātes: at si odiū vel iracundiam, terga obuersantes, se insimul fugiētes, & abhorrētes, sic animi passiones omnes quas inducere exoptant, figuris exprimunt, sed lapidū virtuti cōformibus, aptis quoq; insculpūt figurationibus, quę quomodo aptari, & reperiri debeāt, in sequētibus aperiūtur.

*Quibus imaginibus effigiari debeant lapides, vel gemma.*

## C A P. XXIIII.

L A P I D V M virtutū iam meminimus, & quæ sint cōfigurationes inscribēdæ, ad cælestē fauorem aucupandū, reliquū est doceamus, ipsis aptari quomodo debeant, ac oportunū tempus eligendi normā. Amethysto sæpè insculptus iuuenis reperitur caducifer, galeratus & pedibus talaria, & manu aliquando sinistra gallū tenens, quem Mercuriū esse norunt omnes, nec à lapidis virtute discordat,

T 5

vnde

vnde sapientiã & intellectũ gestantibus pollicetur,  
 & multa, cum versatilis sit eius natura. Achari scri-  
 pti scorpiones reperiuntur, aranei, serpētes, anima-  
 lia cetera venenosa, nunc hominē serpentibus insi-  
 dentē, quem serpentariũ cœlitē Aesculapium esse  
 noscūt, vnde veneno, & scorpionũ moribus mede-  
 tur, & Siculo nascitur Achate fluminae, vbi maximi  
 gignũtur scorpiones, & per eos scorpionũ eius p-  
 uinciae pestis extincta est, horumq; virtute natura  
 defectũ rependit. Inscribitur & angifer in hæma-  
 tite: legi enim Magos Persarũ Regi suo cõsuluissē,  
 vt hunc lapidē ferret, & cõtra venenũ putat, vt Ha-  
 ly scribit. Iaspidi saepe leones, galli, aquilæ, trophæa,  
 lorice, nunc Martē, nunc armatũ milite serpentes  
 pedibus cõculcantē, & in collo scutũ insculpunt, &  
 lapidis duritiẽ, & virtuti respondentē hominē, se-  
 pe victorē, belligerum, & inuictũ reddunt. Neche-  
 psos autē Rex ad stomachi remedium, huius enim  
 virtute vegetatur, draconē radios emittentē inscri-  
 bi iussit. In Magnete saepe cynosurę figura visitur,  
 cum maximē illius sideris amore detineri videat,  
 cõtactu enim ferrũ ad illã vergit, ac cõpotē virum  
 illius virtutis efficit, vtpote Saturnalis. In Selenite  
 lapide semper Lunæ imago reperitur, & qui argē-  
 teo filo circũdatã tulerit, lunaris efficitur. Saphyro  
 varia imprimuntur animalũ figurę, vt eorũ mor-  
 sus sanet. Hyacintho fulgura, vt ab eius flagrore ge-  
 rentes reddat tutos. Corneolo varia diuersaq; ob  
 variã & diuersam eius virtutē & operationem, qui  
 lapis facilis est sculpturæ & inuentionis, vnde filios  
 Israël in deserto horũ multitudinem sculpissē fer-  
 tur.

tur. Iam exempla retulimus, quomodo aptis lapidum operationibus, aptæ colorum configurationes scribi debeant. Sunt quoque qui anulos, quibus clauduntur lapides, è metallis effingant, addictis planetæ illi, ut faciliorem contrahant operandi facultatem: uti Saturni è plumbo, Solis ex auro, Lunæ ex argento, ut Saturnus gereus, solaris vel lunaris euadat, quod non nisi profuturum existimo.

*Electiones inscribendis lapidibus necessariae.*

C A P. XXV.

S. E. D. maiorem è celo virtutem suscipere, & præcipere dicunt, si statis temporibus & oportunitis inscribantur, sic enim animantur magisquæ iis influunt sidereæ configurationes: & hoc fundamentum & radicem statuunt omnium: nam si amorem excitare cupis, aptis & beneuolis aspectibus: si odium accendere, iniquis & destruentibus utere, effectumque cognito tempus præparatur: nam si Veneris vel Saturni imagines facere constituunt, hanc Taurum, Libram, alterum Aquarium vel Capricornum subire expectant, & ut veritas pateat, in eorum sculpeuris in Leone Solem, in Cancro Lunam, in Gemino & Virgine Mercurium reperimus. Sic in Leonis vel Canceri figuram inscribere volunt, in eis Solem & Lunam vagari cernunt, & illicò inscribunt, præcipuè id tamen cauent, ut Luna immunis, & ab omni sit impedimento libera, utpote Martis, Saturnique, sic Solis combustionis. Præterea mentem adhibet, ne cursu vacua, sed cre scens, & velox, nec in signi calce reperiatur (sæpe enim infortunatarum terminus sunt) in felici sede,

con-



conspiciant eam fortunæ trigono, vel hexagono ascendens, in ortus cardine, vel cæli culmine, non in cadentibus: non sit declinans, dolet enim tunc planeta & torpet, ascendentia signa diurna in die, noctu verò nocturna, vt facilius re potiatur, nec impedimentum afferre possit. Contra præposterè procedas, si odium vel infirmitatem inducere molieris, cum signorum figuram inscribere quærant, non minus per triplicitates sequentes inuenies: nam ex Ariete, Leone, & Sagittario prima constat triplicitas, quorum in die Sol dominus, in nocte Iupiter, in crepusculis autem frigorificum Saturni sidus: & talibus signis, & sculpturis frigidis medebantur ægitudinibus, hydropisi, & paralyti, sic secundum reliquas triplicitates reliqua inscribunt signa, aliis medentia infirmitatibus. Id tamen non omittam, quod testantur omnes, sæculorū turba, eorum virtutem elanguescere, & extinguī. Ideo quæ à maioribus factitata, nunc irrita prorsus & vana conspiciuntur.

Iam PHILIPPE Rex optime, Naturalis Magiæ pensum absoluimus, vti nostra valuit infirmitas, & ab hoc genere posthac feriabimur, in quibus non tam mira, quam vera scribere visum est. Si quid intentatum remanet, vel inconcinne dictum, & negotij difficultati, & temporis breuitati ascribatur. Hæc enim sunt dicendorum præludia, sublimiora enim & secretiora conscripturi sumus, si diuina fauerint.



# EXPERIMENTORVM MAGIAE

## NATURALIS INDEX.


<b>A</b> Estrusæ rerum proprietates. Pagina 25	Argenti viui aqua. 212
A czlo & sideribus vim nasci. 48	Argenti coagulati fixatio. 242
Aes, & eius medicinæ. 224	Argenti vini congelatio cum castide ferrea. 239
Aes argenteum reddere. 230	Argenti viui congelatio cum æneis pilis. 240
Aes coquere. 215	Argentum viuum & eius medicinæ. 239
Àëritis vires variz. 290	Argenti viui cõgelatio cū odore. ibi.
Alexiteria remedia. 294	Argenti viui cõgelatio cū oleo. 241
Amatoriz illaurationis modus. 202	Argentum in aurum tingere. 238
Amethyfi vires variz. 290	Argentum in calcem vertere. 293
Amorem conciliare quomodo possimus. 192	Argentū vel aurū diminuere. 224
Amygdala & citria dulciora fiant. 86	Argentum viuum congelatum in aurum tingere. 240
Amygdala vt inscripta nascatur. 93	Argentum viuum è plumbo extrahere. 216
Amygdalopersicū quomodo producat. 78	Asiãtes sine capitib. videant. 147
Animalia ex diuersis commixta quomodo generentur. 177	Aurum, argentum, & eorum medicinæ. 238
Animal visu, & tactu insiciens generandi ratio. 179	Auricularis abortiui digitus prohibet concipere. 290
Anser iam viuis excoctus. 128	Aurum augere pondere. 222
Antidotus ad elephantiasin. 154	Aurum ex argento extrahere. 247
Antidotus contra hæcticem. 156	<b>C</b> andela ardens sub aqua defertur. 134
Antidotus contra plagam tactu inductam. 153	Canes ne latrent. 164
Antipathia rerum. 31	Canini dentes à canum moribus defendunt. 289
Antiquorum opiniones de Magia. 15	Capilli in serpentes vertuntur. 180
Anuli Platonis, & catena Homeri quid. 20	Capillos, barbam, & supercilia tingere. 135
Apium hortense ocysimè producat. 73	Cinax ne spinis horreat. 91
Aqua ardens quomodo fieri possit. 114	È Cinnabari fixo argenteã barbam elicere. 247
Aquæ ad mægõnizandã faciẽ. 138	Cinnabarim figere. 245
Aqua faciem denigrans. 141	Coloratum cubiculū lychnis quomodo videatur. 145
Aqua salis quomodo potabilis reddatur. 128	Compositio simplicium huius operis. 62
Araucis suspensus collo, quartanis circuitibus medetur. 290	Coniuniorum & epularum mĩstri apparatus. 123
Arbores necare. 105	Conceptioni quæ profunt. 184
	Cõiunz ne accubentes edant. 162
	Coral.

- C**orallii in formis plas hgerere. 249  
 Coralli virtutes, varii. 295  
 Corallu confirmat sbmactiu. 290  
**C**rytalli & vitri operationes. 253  
 Crytallus vt fulis fiat. 253  
**C**ucurbita vt in crassam exiliens,  
 latam, oblonga, & in reuolutam  
 angulis figuram exerceat. 89  
**C**ucurbita line semine. 83  
**D**entifricia quomodo fiant. 139  
 Demum argenteam & lunam  
 fam videre. 146  
**D**raco volans quomodo constitua-  
 tur. 131  
**E**lectones interibendis lapilli-  
 bus necessarii. 299  
**E**lementorum virtutes, & qualita-  
 tes. 22-24  
**E**quina, vel asina videtur asina-  
 rium capita. 148  
**E**xtractions aqua & olea. 208  
**F**acies, quae vesis non extinguitur.  
 114  
**F**acies fucata palleat. 141  
**F**acies insignis videatur maciei &  
 palloris. 147  
**F**ascinationes quomodo fiant. 196  
**F**errum, & eius medicinae. 281  
**F**errum ari colore tingere. 222  
**F**errum auri colore tingere. ibi.  
**F**ortuna in res commutare. 233  
**F**icus aqua alba, & nigra quomodo  
 fit. 80  
**F**icus aschiasia Tomifera, vel  
 purgatoria facere. 100  
**F**lammam emittis proicere. 115  
**F**loris & fructus praedoces vel fe-  
 rotinos productis. 69, 70  
**F**loru, & fructuum conditura. 101  
**F**lores tingatur diuersis coloribus. 94  
**F**ocus discoloris quomodo signa-  
 tur. 172  
**F**riabile tollere. 218  
**F**ructus & diuersis compositus quo-  
 modo fiat. 76  
**F**ructus & flores siliuiores, & odo-  
 ratiores reddere. 85, 87  
**F**ructus variis. 88  
**F**rydus crescentes figuras omnes  
 & impressiones sumunt. 91  
**F**ructus exos & cruciatus. 81  
**F**ructus omnes augere. 28  
**F**ructus perpetuo habere. 91  
**F**urem cognoscere. 164  
**F**urfures a facie abstergere. 179  
**G**emmarum compositiones. 257  
**G**emmarum virtutes & imagi-  
 nes. 291  
**G**emra ficticia quomodo fiant. 256  
**G**emra timorem abstergere. 137  
**G**randines imminuentes & tempe-  
 rates abigere. 164  
**H**eruleschion gestus solarem  
 facit spiritum. 297  
**H**eruleschion crepitant testendi. 166  
**H**irundinum lapilli comitialibus  
 profunt. 120  
**H**omines & mulieres ligare, vt ad  
 concubendum impetores sint. 163  
**H**omines longa saltatione quomodo  
 torqueri possint. 165  
**H**iacintu virtutes varii. 190, 195  
**I**aspidis virtutes varii. 295  
**I**aspis collo suspensus venrem  
 confirmat. 289  
**I**magines debet effigiari lapidibus  
 debitis. 298  
**I**gnaria diuersa parat. ratio. 107  
**I**gnium compositiones varii. 110  
**I**gnis mixtura, quam solis decende-  
 re potest. 112  
**I**gnem accendere plura aqua ple-  
 na. 280  
**I**gnem fieri aliquid sic comburam.  
**I**gnis totus videri. 115, 118  
**I**nsomnia inducere. 137  
**I**ris quomodo videri possit. 267  
**I**ndividuo insunt virtutes. 40  
**L**aduca semilib. multis costis na  
**L**apadu experientia. 149 (sci. 90  
**L**amiaru vnguentia, quae per aera  
 deserui videte faciunt. 191  
**L**ampade noctu rari taceant. 150  
**L**ampada quis accendens reuerti-  
 bit.

Act.	149	(trans. 108)	Mulieres vt valde latentur.	163
Lapis ignem humido quouis exci-			Mulieribus lotium cōpesceret.	162
Lapidum virtutes.	293		Mulier in somnis patrarā narrec	
Latic in tenebris resurgens.	116		facinora.	171
Licū quod aera humido manu			Mulicium cosmetica.	155
peruratur, laxa verò extingua-			Murena colū tēpore friza, eliza, et	
tur.	150	(107)	flaxa.	129
Ligna quæ attritu ignē cōcipiunt.			Myrtum vertere, vt baccas sine mi-	
Lilia semper vegeta crescunt.	102		cleolis producat.	85
Lilia rubra, & purpurea.	97		Oculorū colorē permutare.	137
Literarū experimēta multa, variēq;			Onyx colli suspēsus auget tri-	
scribēdi & legendi latebræ.	118		stias in somno.	290 (172)
Lumen quo astra vagari videantur.	150	(aliou. 32)	Quorū excubatio citra gallinam.	
Lucorum & fontium proprietates.			Quorum oleū. 211 (guttudine. 129)	
Lumen quo homines gigantū for-			Quā vt hominis caput superet ma-	
ma spectetur. 151 (prodit. 290)			Quin vt in aere ascendat.	133
Lupa sterens suspensam ecliasis			Pastines albos p̄creare.	173
Lyra, cithara, aliave instrumenta			Pocudes discolorēs arguere.	173
vento pulsentur.	137		Promiz radix collo silij cō liberat	
Lyre proprietates variæ.	132		ā morbo comituli.	129
Lyre iudus audiat sonum.	127		Perlico & latipersico malum	
Lyra pullata, alteram eiusdem ty-			componere.	77
ni recubantem mouet.	186		Perticum sine ossē producere.	83
Lyra sonnuta concilians.	125		Physicæ ligaturæ.	182
<b>M</b> agia quid.	11		Phorbi, & Pythonis pugna.	248
Magis qualē ossē oporteat.	12		Pilos cito nascere quæ faciunt.	137
Mandragoram fingere.	94		Piscēs carta frigantur.	130
Magnetis virtutes, variæ. 167 (139)			Plumbum, & eius medicina.	233
Mammillarū incrementū prohibere.			Plumbum in aërum trahere.	234
Margaritæ itidem contractas in v-			Plumbum & stannum in calcem	
nam conglobare.	251		vertere.	214
Mechanica experimēto. 131 (143)			Pisabum in stannum vertere.	233
Metallur. medicina secūdi ordinis			Poma in arbore diu immorari.	104
Metallorū medicina tertij ordinis.	242		Poma artificio euentum rubra.	98
			Poma in vigore diu maneat.	102
			Poma vt in fitione euentum rubra.	
Metallū in corpus reducere.	219		Ponium somnificum.	161. (97)
Metalla quōdo fiant p̄dierosa.	221		Prestigij per cychniā.	145
Mirabilia experimēta quorum			Pinta purgatoria, & somnifera.	
nescitur causa.	162		Pistora.	136. (100)
Mixturæ p̄culus investigatio.	64		Pullus gallinaceus è palūbo, & gal-	
Monstra quomodo gigantur.	175		lina committis.	178
Muliebriā remedia.	142		Pullus gallinaceus quarennis alis e-	
Mulier an casta sit experimēto.	166		nascatur quaterm. q; pedib.	176
Mulier an intacta comu, vel puerpe-			Pulus pyrius in bellis instrumentis	
rio maculata sit necēdi tō.	170		nauz operus.	116
Mulieres pulchros pariāt filios.	174		Punica dulcescere.	87

**R**osa diuersis tingatur colorib. 96  
 Rosa & Isimes hauescant. 94  
 Rosa & lilia vegeta seruentur. 102  
**S**aphyrus suspensus ardores refrigerat interiores. 290  
 Schedules nō tate fitū permuent. 133 (cit deferentem. 291  
 Selenites lapis suspensus lunare effi-  
 simplicia statis exerceri, & parari  
 debere temporibus. 54  
 Simplicium preparationes. 65  
 Simplicium regiones considerandę. 55  
 Smaltū vulgo quomodo effingatur.  
 Smaragdi virtutes varię. 290 (260  
 Smeqmata mulierum. 137  
 Somnia grata excitandi ratio. 189  
 Somnia obscura & tumultuosa.  
 Soporifera medicamēta. 160 (189  
 Somnos conciliare. 160  
 Sorba, & pyra seruare. 104  
 Spetula quomodo conflentur. 286  
 Speculi concaui ē planis portioni-  
 bus pluribus imaginationes. 277  
 Speculis bracteola quomodo indu-  
 catur. 284 (re. 280  
 Speculis concauis ignem accende-  
 Speculis planis vt caput deorsum,  
 pedes verō sursum spectetur. 269  
 Speculis planis & pluribus vt ea  
 cernantur, quę longē alienis in  
 locis geruntur. 272  
 Speculo cōcauo effectus varij. 276  
 Speculo cylindrico cōuexo quis in-  
 tuens, alterius rei pēstem ima-  
 ginem in aere videat. 275  
 Speculū cōstruere, quō multę ima-  
 ginū diuersitates videantur. 281  
 Speculū ē planis cōponere, in quo  
 imago vna veniens, in altero  
 recedens videatur. 271  
 Speculū ē planis, in quo vnus rei  
 plures imagines appareant. 270

Speculum ē planis quomodo con-  
 struitur, quō magnē vōlitantem  
 in aere aspiciat. 274  
 Speculū multiuidū cōstruere. 271  
 Speculū quomodo cōstruitur, vt  
 nil imagnet, nisi quę volueris.  
 Spiritū ē stanno elicere. 217 (273  
 Stannum & erus medicinz. 235  
 Stanni Aridore tollere, & mollitię.  
 Stanni surditatē adimere. 236 (236  
 Stannū in plumbum vertere. 237  
 Stibium. 217  
 Sublimationum modi. 212  
 Sulphuris oleum. 210  
**T**alci oleum. 209  
 Testudinis pes suspensus poda-  
 gri dolores sedat. 290 (98  
**V**arij fructus & vna medicata.  
 Vas ventū proiciens. 134 (152  
 Venena quōdo p̄caueri possint.  
 Veneris in castris militare. 144  
 Veneris desideria obtundere. 143  
 Vētris rugas à partu abstergere. 140  
 Vetonice coronariz flos in cęrulej  
 cōmeet. 95  
 Vini haustu nimio ne inebrietur.  
 accumbens. 123  
 à Vino aquam segregare. 127  
 Vinosos abstemios facere. 126  
 Vinum an habeat admixtā aquam.  
 127 (bus medetur. 289  
 Vipere laqueus faucium apōstematū.  
 Vires rerum abditę vnde. 17  
 Vires inesse post mortem. 43  
 Vitix botryones albos afferat, & ni-  
 gros acinos. 79  
 Vitis theriaca, propomata. 99  
 Vitrū fixitium. 254  
 Vua in vite vt seruetur. 104  
 Vuas & punica seruare. 104  
 Vua plenum domicilium ellychnis  
 videatur. 149.





Nr. 480      Ausgang: 25. 7. 19

I. Schäden:  $\alpha, k, l, m, n, o, p, q$

II. Behandlung: 1, 16, 17, 18, 25, 3

III. Besonderheiten:



